
ANALECTA OVIDIANA

SCRIPSIT

FRIDERICUS ZOELLNER

Herrn Professor Dr. Rohde
zur freundlichen Beurteilung überreicht
vom Vf.

LIPSIAE
TYPIS A. WIEDII
MDCCCXCII


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

ANALECTA OVIDIANA

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRIDERICUS ZOELLNER

DRESDENSIS

LIPSIAE

TYPIS A. WIEDII

MDCCCXCII

OTTONI RIBBECK

CAROLO BURESCH

PIETATIS ERGO

Ovidii fontes quisquis investigaturus est, finem sibi proponit aditu difficilem. Nam si illum poetarum fuisse ingeniosissimum Seneca recte iudicavit (quaest. natur. III 27, 13), contendendum est eum qua erat animi cogitationisque vi ac celeritate exemplis non tantopere sese adstrinxisse, ut eorum aemulus omni ex parte diceretur, sed potius materiam ab aliis acceptam ita in usum suum convertisse, ut quasi novam crearet.[1]) Miram tamen hanc ingenii facilitatem clarius elucere imitationemque liberiorem apparere e carminibus, quae aetate corroborata composuit, quam ex eis, quae adulescens pepigit, unusquisque concedat. Itaque cum metamorphoses haud dubie perfectissimum eius poema sint, non tam de omnibus operibus, quam de metamorphosibus potissimum intelligi velim Rohdii verba: 'Wir müssen gestehen, dass über die wirklichen Quellen des Ovid, sowie über den Grad der Selbständigkeit in seiner Behandlung der einzelnen Fabeln, unsere Mittel uns kaum irgend ein bestimmtes Urteil erlauben' (p. 127 adn. 1).

Adulescentis autem inter carmina praecellunt epistulae (heroidum), quibus, cum singulae certis fabulis superstructae sint, poeta ut praeter artem rhetoricam etiam doctrinam proferret tamquam invitatus est. Et contigit, ut plerarumque epistularum fontes aperirentur: Homeri vestigiis Naso insistit in ep. I et III (Heins.)[2]); tragoediarum cum Sophoclis et Aeschyli, tum Euripidis (cf. Rohde p. 128) quam studiosus

[1]) 'Man überzeugt sich leicht, dass Ovid die freie Bewegung seiner reichbegabten Natur durch die Manier seiner Vorbilder durchaus nicht binden lässt.' Rohde 'Der griech. Roman' p. 126.

[2]) Cf. Tolkiehn 'quaestionum ad heroides Ovidianas spectantium capita VII', diss. Regimont. 1888 p. 57 sqq. et 48 sqq.

fuerit, evincitur ex ep. VIII. IX. XI. XIV. et IV. XII. XIII.[1]); denique Alexandrinorum, maxime Callimachi sectator deprehenditur in ep. V. et II. XVIII sq. XX sq.[2])

Quod cum ita sit, operae putavi pretium esse fabularum, quae de Argonautarum itinere quaeque de causis belli troiani sive de Paridis Helenaeque amoribus ab Ovidio explicantur, fontes perquirere et quidquid pro virili parte eruere potui, proponere.

Sed ut in singulis fabulis, quae quasi ὑποϑέσεις epistularum sunt, excerpendis et perlustrandis discrimina, quae inter Ovidii eiusque auctorum rationem intercedunt, recte intelligantur et iudicentur, semper reputandum est epistulas esse suasorias colore rhetorico totas imbutas.

---

[1]) Cf. Birt in Mus. Rhen. vol. XXXII p. 400 sqq. Kalkmann 'de Hippolytis Euripideis quaestiones novae' 1882. Tolkiehn p. 69 sqq. Welcker 'Tragoed. graec.' p. 495 sqq. Mayer in Hermae vol. XX p. 101 sqq.

[2]) Cf. Knaack 'analecta alexandrino-romana', diss. Gryphisw. 1880 p. 29 sqq. Wulffius 'de quintae heroidis Ovidianae fontibus' in Journal des kais.-russ. Ministeriums der Volksaufklärung 1891 fasc. III p. 1 sqq. Klemm 'de fabulae quae est de Herus et Leandri amoribus fonte et auctore', diss. Lips. 1889. Dilthey 'de Callimachi Cydippa'.

Priore igitur loco dicendum est

de rebus argonauticis.

Circumspicienti autem poetas graecos, qui ingenia in eis fusius narrandis exercuerunt, praecipua ratio habenda videtur Apollonii Rhodii, utpote qui eas primus in formam certam constantemque ac posterioribus scriptoribus quasi legitimam redegerit. Itaque etiam Ovidium, etsi praeterea et tragoedias ad Argonautarum iter pertinentes et aliorum eiusdem argumenti poemata eum inspexisse quaedamque ex eis delibasse credibile est, ex Apollonio fabulae argonauticae fundamenta petisse videbimus.[1])

Ac primum quidem eam fabulam, quae de Argonautis Lemni in insula apud Hypsipylam commorantibus memoriae traditur, Ovidius **epistula VI ab Hypsipyla ad Iasonem data** absolvit.

Ac *de origine* Hypsipyle Thoantem, Lemniorum regem[2]), patrem suum esse eo loco dicit, quo nomina maiorum laudibus effert v. 114 sqq.:

'en ego Minoo nata Thoante feror;
Bacchus avus, Bacchi coniunx redimita corona
praeradiat stellis signa minora suis.'

In extrema autem epistula (v. 163) stirpe illa praeclara quasi nixa eoque consilio, quo Iasoni fraudem maiori det opprobrio

[1]) Apollonii imitatorem Varronem Atacinum, quamquam Ovidio notissimus fuit ab eoque plus semel laudibus effertur (cf. am. I 15, 21. art. III 335. trist. II 439), omitti licet, cum et perpauca aetatem tulerint fragmenta et, quae in exemplari leguntur, nullo fere modo ab eo mutata sint (cf. Ribbeck 'Röm. Dichtung' I p. 345 sq. et M. Schmidt in Philol. vol. XXV p. 431 sq.).

[2]) Cf. Hom. Ξ 230. Ap. Rh. I 621. 798. Diod. V 79.

eique exponat, quanta iniuria ac contumelia se, regis nobilissimi filiam, afficere ausus sit, minus usitato nomine Thoantiadis utitur, quae forma apud solum Apollonium legitur (cf. I 637. 712).[1]

Thoantis denique parentes Bacchum et Ariadnam, Minois filiam, fuisse Hypsipyle testatur. Qua in re Ovidius cum ceteris scriptoribus conspirat[2]; Apollonius vero de illis tacet. Nihilo minus etiam apud eum quamvis loco a narratione Lemnia alieno Ariadnae mentio fit: Iason enim, postquam Medeae, ut auxilium sibi praeberet, illius exemplum proposuit imitandum (III 997 sqq.), haec verba facit v. 1001 sqq.:

οἱ δὲ καὶ αὐτοί
ἀθάνατοι φίλαντο, μέσῳ δέ οἱ αἰθέρι τέκμαρ
ἀστερόεις στέφανος, τόντε κλείουσ' Ἀριάδνης,
πάννυχος οὐρανίοις ἑνελίσσεται εἰδώλοισιν.
ὣς καὶ σοὶ θεόθεν χάρις ἔσσεται (adde schol. 997).

Hic autem magnum videmus esse discrimen inter ea, quae de Ariadna caelo recepta Apollonius quaeque profert Ovidius: ille enim communem secutus memoriam coronam tantum, quam Bacchus Ariadnae dono dederat, inter sidera relatam esse fingit[3], hic Minoidem ipsam corona illa ornatam inter astra fulgentem; quod praeter Ovidium nemo nisi Propertius tradit in hymno, quo Bacchus celebratur, III 17, 7 sq.:

'te quoque enim non esse rudem testatur in astris
lyncibus ad caelum vecta Ariadna tuis.'

---

[1]) Hypsipylae matrem Myrinam, Crethei filiam neque Apollonius neque Ovidius memorat; de Lemni oppido ab illius nomine appellato vide Ap. Rh. I 634 et schol. 601. Etym. M. p. 595, 24 s. v.

[2]) Cf. Diod. V 79. schol. Ap. Rh. III 997. Stat. Theb. V 675. Myth. Vat. I 204 (Bode); idemque stirpis ordo cognoscitur e Quint. Smyrn. IV 382 sqq. — Pseudo-Acro scholiastes, qui ad Hor. carm. I 17, 23 haec profert: 'fuit Thyoneus filius Liberi, qui in Chio insula regnavit, pater Thoantis regis, cuius filia fuit Hypsipyle' eqs., nescio an in errorem inciderit. Nam Thyoneus semper intelligitur Bacchus ipse, nunquam Bacchi filius (cf. Ov. met. IV 13. recte Porphyr. ad Hor. l. l.), quoniam Thyoneus filius est Thyonae, quae est Semele inter deos recepta (cf. hymn. hom. 34, 21. schol. Ap. Rh. I 636. Nonn. I 26 al.).

[3]) Cf. etiam Ov. ep. XVIII 151. art. I 558. met. VIII 177 sqq. Arat. phaen. 71 sqq. Eratosth. catast. V. Diod. IV 61. VI 4. Luc. conc. deor. 5. Nonn. 47, 451. 48, 969 sqq. Hyg. astron. II 5.

Medio autem loco inter has duas Ariadnaeae fabulae formas poni licet eam, quam Ovidius explicat fast. III 511 sqq. ubi Bacchus uxori:

'tu mihi iuncta toro, mihi iuncta vocabula sumes:
nam tibi mutatae Libera nomen erit.
sintque tuae tecum faciam monumenta coronae,
Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi.
dicta facit gemmasque novem transformat in ignes:
aurea per stellas nunc micat illa novem.'

Videmus igitur versionum illius de Ariadnae sidere fabulae extitisse varietatem, quam ab Alexandrinis effictam esse nemo infitietur: ac praecipue eam formam, quam in epistula Ovidiana VI expressam legimus, ut doctrinam minime tritam ex illorum catasterismis petitam esse inde fit apertissimum, quod praeter Ovidium nemo nisi Propertius eam exhibet. Sed cur omnino Hypsipylam Ariadnae exemplum poeta faciat proferentem, ex ep. II 79 sqq. apparet, ubi Phyllis fortunam praedicat, cuius Ariadne a deo amata particeps facta sit. Namque eodem consilio etiam Hypsipyle, quamvis non disertis verbis, eam memorare videtur, ut suam sortem opponat fortunae illius, cum praesertim una e maioribus sit. —

Ante Argonautarum adventum *Lemniae omnes viros omnemque prolem virilem interfecerant.*[1]) Quod Hypsipyle apud Ovidium significat v. 53:

'Lemniadesque viros nimium quoque vincere norunt.'

Nec non in metam. illud facinus leviter perstringitur, ubi sermo fit de Philoctetae sagittis, quas Ulixes, cum e certamine de Achillis armis instituto victor discessisset, Lemno Graecis allaturus erat (XIII 399 sqq.):

---

[1]) Singula de hac re, quam Ovidius accuratius non persequitur, vide si placet apud Ap. Rh. I 609 sqq. Hdt. VI 136. schol. Hom. *H* 468. Apollod. bibl. I 9, 17. Hyg. fab. 15. Suid. s. v. *Λήμνια βλέπων*. Val. Flacc. II 107 sqq. Stat. Theb. V 49 sqq. Myth. Vat. I 133 coll. II 141. Strictim rem attingunt Pindarus Lemnias dicens *ἀνδροφόνους* (pyth. IV 252) et scriptor Argon. Orph. v. 474 sqq. Idem denique argumentum fuisse videtur primae fabulae trilogiae Aeschyleae quae inscribitur Hypsipyle (cf. Welcker 'Trag.' p. 50).

'victor ad Hypsipyles patriam clarique Thoantis
et veterum terras infames caede virorum
vela dat, ut referat Tirynthia tela, sagittas',

et loco artis amatoriae, ubi poeta postquam feminis de amatoribus domo excipiendis praecepta dedit, quibus tamen sua ipsius vitia aperit, nihilo minus omni dubitatione abiecta ad eandem praecipiendi rationem his verbis delabitur (III 672):

'ego coepta fideliter edam
Lemniasi et gladios in mea fata dabo',

similiterque poeta optat, ut inimicus pereat sicut ii,

'quos ferae morti Lemnia turba dedit' (Ib. 394).

Thoantem autem patrem a se servatum esse ipsa Hypsipyle Medeae improbitati suam pietatem opponens refert v. 135:

'prodidit illa patrem: rapui de caede Thoanta;
deseruit Colchos: me mea Lemnos habet',

quod fecit, quia nefas illud detestata est (cf. v. 139). Hac in re Ovidium cum Apollonio quodam modo discrepare notandum est: nam apud hunc Hypsipyle, quamquam Iasoni caedem virorum se vere enarraturam esse ait (v. 796), tamen qua est calliditate non omnia profert — ea enim, quae illa reticet, poetae epico ipsi de suo prodere licebat (cf. v. 620 sqq.) —, sed hoc tantum memorat viros, cum a mulieribus Thraciis quondam redissent, in urbem ab uxoribus non receptos in Thraciam demigrasse (v. 820 sqq.). Metuit enim, ne Argonautae, ubi caedem compererint, aut Lemnias puniant aut insulam sine mora relinquant. Item vero Apollonii Hypsipyle patrem a se servatum tacet neque omnino tam planis verbis incolarum facinus improbat, quam Ovidii. Felicissime autem Nasoni, cum illud paullo mutaret, puto contigisse, ut Hypsipylae mores certiore ratione exponeret magisque ad epistulam amatoriam accommodaret.

Sed quae caede illa effecta sunt, Ovidius eadem esse fingit atque Apollonius. Etenim cum Thoantem Lemno absentem uterque faciat, Hypsipyle, ut unica illius filia (cf. schol. Ap. Rh. I 719), insulae regina inducitur: quam se esse ipsa testatur apud Apollonium v. 798 (coll. v. 717 sq. Val. Flacc. II 309 sq.

Arg. Orph. 476), apud Ovidium apparet e verbis, quibus Lemnum sua regna vocat (v. 5. adde fast. III 82).

Brevì autem postquam virorum caedes cruenta facta est, *in insulam Argonautae venerunt.* Quos, simulatque Argo appulsa est, omni modo ab urbe retinendos esse regina censuerat, quod profitetur v. 51 sq.:

'certa fui primo — sed me mea fata trahebant —
hospita feminea pellere castra manu'.

Apollonius de eorum adventu haec prodit: Argonautas conspectos Lemniae, quia Thraces esse opinantur, armis celerrime indutis Myrina ex urbe proruunt, ut hostes vi arceant (v. 633 sqq.); sed cum, qui advenae essent quidque orarent, per Aethalidam nuntium ab Argonautis missum audivissent (v. 640 sqq.), Hypsipyle apud Lemnias brevi ad contionem convocatas in hac est sententia, ut victu apportato hospites intra moenia intrare nullo modo patiendum esse primum censeat (v. 655 sqq.), tum ut eis detur intrandi venia, Polyxo nutrice suadente concedat (v. 667 sqq. cf. Val. Flacc. II 311—325). Quae Ovidio, si amorem fidem subsidium Hypsipylae optime ante oculos ponere voluit, omittenda erant. Ac tantum abest, ut Hypsipyle in epistula de illa contione verba faciat, ut causam hospitii dati attribuat fato: qua re Iasonem perfidum, quo celerius revertatur, adduci posse credit.[1])

Addenda hic pauca videntur de eiusdem fabulae versione, qualis a poetis tragicis explicatur. Aeschylus enim in trilogia, quae Hypsipyle inscribitur, reginam et Lemnias mulieres armatas Argonautis ad litus occurrentes et cum eis pacem conciliantes inducit (cf. schol. Ap. Rh. I 769. Welcker 'Trag.' p. 51). Num ante hoc foedus initum Lemniae cum Argonautis manus conseruerint — id quod Sophocles in Λημνίαις finxit (cf. schol. Ap. Rh. l. l. Welcker p. 326)[2]) — incertum est. Licet igitur statui Ovidium, etsi eas tragoedias, certe Sophocleam, ei notas fuisse veri simile est, tamen nihil fere ex eis hausisse; sed propius ad veritatem accedemus, si poetam romanum fabulae

---

[1]) Simili consilio eandem proferunt causam Phaedra (ep. IV 61 sq.) et Hermione (ep. VIII 81 sq.).

[2]) Idem finxit Statius (Theb. V 376 sqq.) fortasse Sophoclis exemplum secutus (cf. Welcker p. 328).

'victor ad Hypsipyles patriam clarique Thoantis
et veterum terras infames caede virorum
vela dat, ut referat Tirynthia tela, sagittas',

et loco artis amatoriae, ubi poeta postquam feminis de amatoribus domo excipiendis praecepta dedit, quibus tamen sua ipsius vitia aperit, nihilo minus omni dubitatione abiecta ad eandem praecipiendi rationem his verbis delabitur (III 672):

'ego coepta fideliter edam
Lemniasi et gladios in mea fata dabo',

similiterque poeta optat, ut inimicus pereat sicut ii,

'quos ferae morti Lemnia turba dedit' (Ib. 394).

Thoantem autem patrem a se servatum esse ipsa Hypsipyle Medeae improbitati suam pietatem opponens refert v. 135:

'prodidit illa patrem: rapui de caede Thoanta;
deseruit Colchos: me mea Lemnos habet',

quod fecit, quia nefas illud detestata est (cf. v. 139). Hac in re Ovidium cum Apollonio quodam modo discrepare notandum est: nam apud hunc Hypsipyle, quamquam Iasoni caedem virorum se vere enarraturam esse ait (v. 796), tamen qua est calliditate non omnia profert — ea enim, quae illa reticet, poetae epico ipsi de suo prodere licebat (cf. v. 620 sqq.) —, sed hoc tantum memorat viros, cum a mulieribus Thraciis quondam redissent, in urbem ab uxoribus non receptos in Thraciam demigrasse (v. 820 sqq.). Metuit enim, ne Argonautae, ubi caedem compererint, aut Lemnias puniant aut insulam sine mora relinquant. Item vero Apollonii Hypsipyle patrem a se servatum tacet neque omnino tam planis verbis incolarum facinus improbat, quam Ovidii. Felicissime autem Nasoni, cum illud paullo mutaret, puto contigisse, ut Hypsipylae mores certiore ratione exponeret magisque ad epistulam amatoriam accommodaret.

Sed quae caede illa effecta sunt, Ovidius eadem esse fingit atque Apollonius. Etenim cum Thoantem Lemno absentem uterque faciat, Hypsipyle, ut unica illius filia (cf. schol. Ap. Rh. I 719), insulae regina inducitur: quam se esse ipsa testatur apud Apollonium v. 798 (coll. v. 717 sq. Val. Flacc. II 309 sq.

Arg. Orph. 476), apud Ovidium apparet e verbis, quibus Lemnum sua regna vocat (v. 5. adde fast. III 82).

Brevi autem postquam virorum caedes cruenta facta est, *in insulam Argonautae venerunt.* Quos, simulatque Argo appulsa est, omni modo ab urbe retinendos esse regina censuerat, quod profitetur v. 51 sq.:

'certa fui primo — sed me mea fata trahebant —
hospita feminea pellere castra manu'.

Apollonius de eorum adventu haec prodit: Argonautas conspectos Lemniae, quia Thraces esse opinantur, armis celerrime indutis Myrina ex urbe prorunt, ut hostes vi arceant (v. 633 sqq.): sed cum, qui advenae essent quidque orarent, per Aethalidam nuntium ab Argonautis missum audivissent (v. 640 sqq.), Hypsipyle apud Lemnias brevi ad contionem convocatas in hac est sententia, ut victu apportato hospites intra moenia intrare nullo modo patiendum esse primum censeat (v. 655 sqq.), tum ut eis detur intrandi venia, Polyxo nutrice suadente concedat (v. 667 sqq. cf. Val. Flacc. II 311—325). Quae Ovidio, si amorem fidem [illegible] Hypsipyliae optime ante oculos ponere voluit, omittenda erant [illegible] ut Hypsipyle in epistula de illa contione [illegible] hospitii dati attribuat fato: qua re [illegible] celerius revertatur, adduci posse cre[illegible]

Addenda hic pauca videntur de [illegible] qualis a poetis tragicis explicatur. A[illegible] quae Hypsipyle inscribitur, reginam [illegible] Argonautis ad litus occurrentes [illegible] inducit (cf. schol. Ap. Rh. I [illegible] W[illegible] ante hoc foedus initum Lemnias [illegible] seruerint — id quod Sophocles in [illegible] Ap. Rh. l. l. Welcker p. [illegible] — [illegible] statui Ovidium, etsi eas tragoedias [illegible] fuisse veri simile est, tamen mihi [illegible] propius ad veritatem accedamus [illegible]

[1]) Simili consilio [illegible] Hermione (ep. VIII [illegible] sq...

[2]) Idem fecit Statius Theb. V [illegible] secutus (cf. Welcker p. [illegible]

Lemniadum argumentum ex Apollonio petitum suo arbitrio mutasse existimaverim. Nam a Lemniis Iasonem eiusque comites secundum Nasonem ad proelium provocatos non esse e v. 51 cognoscitur.

Hospitio igitur Argonautae excipiuntur. Qua de re Hypsipylam haec dicere videmus v. 55:

'urbe virum iuvi tectoque animoque recepi'.

Narrat igitur omnia Argonautis prospere processisse, quasi ipsa suo consilio et misericordia quadam commota nec quoquam ab alio monita eos domum receperit. Nam semper id agit, ut se ipsam collaudet suaque erga Iasonem merita ac beneficia quam maximo studio exponat et amplificet. Neque ulla suspicio Iasoni de reginae benevolentia movenda erat: quae suspecta ei facta esset, si Argonautas comperisset a Lemniis exceptos esse, ut nova virorum proles gigneretur, quod Polyxus consilium etiam reginae placuerat (cf. Ap. Rh. 675 sqq. 697 sqq.). Itaque Ovidius eam rem non potuit aliter depingere, nisi Hypsipylam suis rationibus providentem fingere voluit. Dubito autem an versu illo respiciat verba, quibus apud Apollonium Iphinoe ab Hypsipyla missa Argonautis hospitium offert v. 715 sq.:

καὶ δ' αὐτοὺς γαίης τε καὶ ἄστεος, αἴ κ' ἐθέλητε,
κέκλεται αὐτίκα νῦν ἐπιβαινέμεν εὐμενέοντας·

et de Iasone postea dicitur v. 853:

Ἦτ' ὁ μὲν Ὑψιπύλης βασιλήϊον ἐς δόμον ὦρτο.

Addendum denique est sententiam, quae versu illo Ovidiano exprimitur, etiam aliis in epistulis Ovidii legi ut locum communem: scribit enim idem fere Phyllis Demophoonti (ep. II 55): 'nec moveor, quod te iuvi portuque locoque' (cf. v. 29 sq.) et Dido Aeneae (ep. VII 89): 'fluctibus eiectum tuta statione recepi'. Unde coniecturam a Palmero pro codicum lectione 'urbe virum v i d i' propositam 'u. v. i u v i' tam elegantem quam unice rectam esse evincitur.

Praeterea hic quoque, quam multa Ovidius paucis verbis Hypsipylam attingentem faciat, bene perspicitur, si confertur Apollonii narratio v. 774 sqq. 790 sqq.

Sacra autem Argonautis receptis Veneri et Vulcano facta :f. Ap. Rh. 857 sqq. Val. Flacc. 329 sqq. Stat. 449 sqq.) aut ertamina in Thoantis honorem a Lemniis instituta, quae a oetis lyricis celebrari videmus[1]) quod Ovidii Hypsipyle non iemorat, nemo certe miretur, quoniam, cur ea ut minime ad ypsipylae merita perfidiamque Iasonis pertinentia significentur, lane nihil est.

Lemni inter Iasonem et reginam nuptias legitimas conciliatas :se Ovidius fingit; namque et Iasonem, cum discedit, illi di- entem facit: 'vir tuus hinc abeo' (v. 60) et Hypsipylam idem onfirmantem v. 111 sq.:

'vir meus hinc ieras, vir non meus inde redisti:
sim reducis coniunx, sicut euntis eram',

:que Iasoni in memoriam reducentem 'conubialia iura' (v. 41); iptias denique paratas esse non furto verum Iunonis auspiciis sa regina testatur v. 43 sq.:

'non ego sum furto tibi cognita: pronuba Iuno
adfuit et sertis tempora vinctus Hymen',

uibus questa addit v. 45 sqq.:

'at mihi nec Iuno nec Hymen, sed tristis Erinys
praetulit infaustas sanguinolenta faces.
quid mihi cum Minyis? quid cum Dodonide pinu?
quid tibi cum patria, navita Tiphy, mea?'

uibus distichis poeta utitur τόπῳ rhetorum nempe disciplina xculto, cui simillimus repetitur in ep. II, ubi Phyllis de nuptiis amat v. 117 sqq.:

'pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis,
et cecinit maestum devia carmen avis.
adfuit Alecto brevibus torquata colubris
suntque sepulcrali lumina nota face',

eque aliter queritur Dido ep. VII 93 sqq.:

'illa dies nocuit, qua nos declive sub antrum
caeruleus subitis compulit imber aquis.
audieram voces, nymphas ululasse putavi,
Eumenides fatis signa dedere meis',

[1]) Cf. Simonid. fgm. 205 (Bergk). Pind. pyth. IV 252 sqq. et schol. 450. olymp. IV 19 sqq; adde Philostr. gymn. 3.

vel Canace ep. XI 101 sqq.:

'tolle procul decepte faces **Hymenaee maritas**
et fuge turbato tecta nefanda pede;
ferte faces in me, quas fertis, **Erinyes atrae**,
et meus ex isto luceat igne **rogus**' (adde ep. XXI 172).

Has sententias ex Alexandrinorum more dictas esse docet consensus Ovidii et Antonii Thalli in Anthol. Palat. VII 188:

δύσδαιμον Κλεάνασσα, σὺ μὲν γάμῳ ἔπλεο, κούρη,
ὥριος, ἀκμαίης οἷά τ' ἐφ' ἡλικίης·
ἀλλὰ τεοῖς θαλάμοισι γαμοστόλος οὐχ Ὑμέναιος
οὐδ' Ἥρης ζυγίης λαμπάδες ἠντίασαν,
πένθιμος ἀλλ' Ἀΐδης ἐπεκώμασεν, ἀμφὶ δ' Ἐρινὺς
φοίνιος ἐκ στομάτων μόρσιμον ἧκεν ὄπα·
ἤματι δ' ᾧ νυμφεῖος ἀνήπτετο λαμπάδι παστάς,
τούτῳ πυρκαϊῆς, οὐ θαλάμων ἔτυχες
(vide Dilthey 'Cyd'. p. 91).

Praeterea cum Didonis epistulae v. 95 apte conferas Apollonii locum, ubi, dum Iason ante Aeetae boves domandos sacra facit, omina infausta similiter indicantur (III 1218 sq.): αἳ δ' ὀλόλυξαν νύμφαι ἑλειονόμοι ποταμηΐδες.

Ceteri poetae Iasonis Hypsipylaeque nuptias quam levissime tangere satis habent.[1]) Apollonius vero circuitione quadam adhibita rem eandem profert, cum Herculem Iasoni diutius apud reginam remorato iratum haec dicentem faciat v. 872 sqq.:

τὸν δ' ἐνὶ λέκτροις
Ὑψιπύλης εἰᾶτε πανήμερον, εἰσόκε Λῆμνον
παισὶν ἐσανδρώσῃ, μεγάλη τέ ἑ βάξις ἵκηται.

Quaestio autem haud facilis extat de verbis ep. VI 47 '*Dodonide* pinu'. Codices enim omnes exhibent lectionem 'Tritonide pinu', quorum contra auctoritatem Maximus Planudes monachus in metaphrasi epistularum Ovidianarum e latino exemplari, quod ante oculos habuit, illum versum sic vertit: τί μοι τοῖς Μινύαις; τί μοι τῇ Δωδωνίδι νηΐ; Ac quod latinum vocabulum pinus graeco ναῦς reddidit, mirum non est, quia hoc semper fere usurpat, ubi pinus per metonymiam dicitur. Sed cum

[1]) Cf. Pind. pyth. IV 255. Nonn. XXX 205, ubi Lemnus vocatur νυμφήιον Ὑψιπυλείης.

Planudes omnibus locis, quibus legitur Tritonis, ipse quoque vocabulo Τριτωνίς utatur, iam apparet loco illo epistulae VI in eius exemplari latino extitisse scripturam 'Dodonide pinu', nisi forte lectionem traditam eum consulto mutasse arbitraris. Cui sententiae obstat, quod, cum epitheton 'Dodonis' Argo navi nisi duobus Apollonii locis nusquam inditum videamus[1]), a Planude Apollonii poema diligentissime lectitatum esse putandum est, — id quod ex eius scriptis ne minimo quidem indicio elucet. Itaque illud epitheton non Planudi, sed eius fonti latino vindicandum esse Gudeman[2]) rectissime iudicavit. Nec tamen tribuendum est solum codici, verum etiam ipsi Ovidio: eum enim, quippe qui epitheta recondita et longe repetita in deliciis haberet, illud quoque ex Apollonio sumpsisse apertissimum est. Quo fit, ut novum inveniatur argumentum, quo Ovidium Apollonii Argonautica ad Hypsipylae epistulam componendam adhibuisse pateat. —

Quam diu Argonautae Lemni commorati sint, alii scriptores aliter tradunt: Apollonius Iasonem eiusque socios, cum die post adventum proficisci aquilone prohiberentur (v. 650 sqq.), paucos dies apud Lemnias retentos in dies iter distulisse dicit (v. 861 sqq.); idemque fere refert Hyginus.[3]) Satis obscura sunt verba Valerii Flacci II 367 sqq.:

'et lunam quarto densam videt imbribus ortu
Thespiades, longus coeptis et fluctibus arcet
quem metus',

quae Vossius de quattuor diebus et Meziriacus[4]) de uno mense, Ianus Parrhasius et Burmannus de quattuor mensium spatio intelligi volunt. Simile autem tempus Simonides et Pindarus et fortasse etiam tragici poetae finxerunt ideo, quod ab Argonautis et Lemniis certamina illa instituta esse ferunt. Statius vero commorationis spatium auget, cum Argonautas per annum Lemni fuisse constituat, cf. v. 459 sq.:

---

[1]) I 527. IV 583, unde idem adiectivum repetitur in Apollod. bibl. I 9, 16 et apud Val. Flacc. I 302.

[2]) 'De heroidum Ovidii codice Planudeo', diss. Berol. 1888 p. 63 sqq.

[3]) fab. 15: 'ibi cum complures dies retenti essent, ab Hercule obiurgati discesserunt'. cf. etiam Myth. Vat. I 133. II 141. Apollodorus auctorque Argon. Orph. de tempore ab Argonautis Lemni consumpto prorsus tacent.

[4]) 'Commentaires sur les Epistres d'Ovide', Haye 1716 tom. I p. 68.

'iamque exuta gelu tepuerunt sidera longis
solibus et velox in terga revolvitur annus',

ad quos versus scholiasta adnotat: 'anno continuatae cohab tionis finito ex Argonautis pepererunt Lemniades novam sobole

Denique Ovidius, qui longissimum temporis spatium ı morat, Iasonem apud Hypsipylam duos per annos versant tertiaque demum aestate discedentem facit; dicit enim v. 56 sq.:

'hic tibi bisque aestas, bisque cucurrit hiems
tertia messis erat, cum tu dare vela coactus' eqs.

Videmus igitur ex omnibus quae attulimus testimoniis te pus, quod Argonautae Lemni duxerunt, in scriptorum meme haudquaquam constanti ratione definitum fuisse. Quo acci ut Ovidium, cum velut postea Flaccus et Statius suo ips arbitrio spatium illud temporis longius ceteris producere potue ea in mutatione quosdam alios scriptores hodie deperditos se tum esse [1]) paene negandum sit. Qua in re non sine arte atc ingenio a fabulae ratione, qualis a poetis prioribus exhibet consulto recessit. Nam quo longior Argonautarum commora fuit, eo firmiore artioreque vinculo, eo maiore amore maie busque meritis sese cum Iasone coniunctam esse Hypsip contendere potest. Contra Apollonio ut poetae epico, quip qui rerum ab Argonautis Lemni gestarum narrationem t poemati non posset interponere nisi parvae digressionis lo illud spatium amplificare non licuisse apertum est: suo ir idem produxit poeta romanus, quoniam digressionem illam cuncto fabularum argonauticarum conexu exemptam ut p priam fabulam epistulae amatoriae argumentum esse voluit n curatis, quae postea gesta esse traduntur.

Iam dicendum est de loco poesis amatoriae communi, que Ovidius, ut similiter ceterarum nonnullis (cf. II 111 sc IV 163 sq. VII 149 sq.), sic Hypsipyleae quoque epistul inseruit artificiose conversum ex iis, quae ab Apollonio narrant Regina enim Iasoni dotem promittit v. 117:

'dos tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti'.

---

1) Hoc Lennepio ad Ov. l. l. et Barthio ad Stat. Theb. V 461 placı

Ex his verbis nec non inde, quod v. 5 regna Lemnia Iasoni pacta dicuntur, apparet fingi Aesonidam, ubi illam in matrimonium duxit, in possessionem insulae nondum venisse sed demum, simulatque ad reginam redierit, venturum esse. Offert autem illam dotem ei Hypsipyle etiam apud Apollonium, nec tamen perfidia eius perspecta verum postquam primo eum vidit v. 827 sqq.:

εἰ δέ κεν αὖθι
ναιετάειν ἐθέλοις, καί τοι ἅδοι, ἦ τ' ἂν ἔπειτα
πατρὸς ἐμεῖο Θόαντος ἔχοις γέρας· οὐ δέ τί δ' οἴω
γαῖαν ὀνόσσεσθαι· περὶ γὰρ βαθυλήϊος ἄλλων
νήσων Αἰγαίῃ ὅσαι εἰν ἁλὶ ναιετάουσιν

et v. 890 sqq.:

ἥδε δὲ νῆσος
σκῆπτρά τε πατρὸς ἐμεῖο παρέσσεται, ἤν καὶ ὀπίσσω
δή ποτε νοστήσας ἐθέλῃς ἄψορρον ἱκέσθαι

(adde v. 868. Stat. Theb. V 54 sqq.). Quos versus Apollonii a Nasone epistulae illo loco respici luce est clarius, praesertim cum eorum uterque, qua insula sit fertilitate, Hypsipylam similiter praedicantem inducat.

De Argonautarum discessu Ovidius aliquanto exponit brevius quam epici poetae: Apollonius enim eumque imitatus Valerius Flaccus narrant Herculem, cum Argonautae navem appulissent, in terram egressum non esse sed in navi remansisse et socios tempus conterentes ut iter facere pergerent adhortationibus induxisse (Ap. Rh. I 855 sqq. Flacc. II 373 sqq. coll. Argon. Orph. 482 sqq.). Quae omnia Ovidius uno attingit verbo, cum Hypsipylam Iasonem vela dare coactum esse loquentem faciat (v. 57). Paullo rem mutavit Valerius, qui Tirynthii verbis admonitum Iasonem minus invitum sequentem fingit. Statius vero longius quam ille a memoria vulgari recessit: apud eum enim Hypsipyle Iasonem caelo sereno facto ipsum sua sponte socios ut proficiscerentur hortatum esse dicit (Theb. V 471 sqq.).

Iasonem autem discedentem in lacrimas effusum esse regina confirmat apud Ovidium cum v. 58: 'implesti lacrimis talia verba tuis', tum verbis eius ipsis prolatis v. 63 sq.:

'hactenus — et lacrimis in falsa cadentibus ora
cetera te memini non potuisse loqui'.

eique exponat, quanta iniuria ac contumelia se, regis nobilissimi filiam, afficere ausus sit, minus usitato nomine Thoantiadis utitur, quae forma apud solum Apollonium legitur (cf. I 637. 712).[1]

Thoantis denique parentes Bacchum et Ariadnam, Minois filiam, fuisse Hypsipyle testatur. Qua in re Ovidius cum ceteris scriptoribus conspirat[2]; Apollonius vero de illis tacet. Nihilo minus etiam apud eum quamvis loco a narratione Lemnia alieno Ariadnae mentio fit: Iason enim, postquam Medeae, ut auxilium sibi praeberet, illius exemplum proposuit imitandum (III 997 sqq.), haec verba facit v. 1001 sqq.:

οἱ δὲ καὶ αὐτοί
ἀθάνατοι φίλαντο, μέσῳ δέ οἱ αἰθέρι τέκμαρ
ἀστερόεις στέφανος, τόντε κλείουσ' Ἀριάδνης,
πάννυχος οὐρανίοις ἐνελίσσεται εἰδώλοισιν.
ὣς καί σοὶ θεόθεν χάρις ἔσσεται (adde schol. 997).

Hic autem magnum videmus esse discrimen inter ea, quae de Ariadna caelo recepta Apollonius quaeque profert Ovidius: ille enim communem secutus memoriam coronam tantum, quam Bacchus Ariadnae dono dederat, inter sidera relatam esse fingit[3], hic Minoidem ipsam corona illa ornatam inter astra fulgentem; quod praeter Ovidium nemo nisi Propertius tradit in hymno, quo Bacchus celebratur, III 17, 7 sq.:

'te quoque enim non esse rudem testatur in astris
lyncibus ad caelum vecta Ariadna tuis.'

---

[1]) Hypsipylae matrem Myrinam, Crethei filiam neque Apollonius neque Ovidius memorat; de Lemni oppido ab illius nomine appellato vide Ap. Rh. I 634 et schol. 601. Etym. M. p. 595, 24 s. v.

[2]) Cf. Diod. V 79. schol. Ap. Rh. III 997. Stat. Theb. V 675. Myth. Vat. I 204 (Bode); idemque stirpis ordo cognoscitur e Quint. Smyrn. IV 382 sqq. — Pseudo-Acro scholiastes, qui ad Hor. carm. I 17, 23 haec profert: 'fuit Thyoneus filius Liberi, qui in Chio insula regnavit, pater Thoantis regis, cuius filia fuit Hypsipyle' eqs., nescio an in errorem inciderit. Nam Thyoneus semper intelligitur Bacchus ipse, nunquam Bacchi filius (cf. Ov. met. IV 13. recte Porphyr. ad Hor. l. l.), quoniam Thyoneus filius est Thyonae, quae est Semele inter deos recepta (cf. hymn. hom. 34, 21. schol. Ap. Rh. I 636. Nonn. I 26 al.).

[3]) Cf. etiam Ov. ep. XVIII 151. art. I 558. met. VIII 177 sqq. Arat. phaen. 71 sqq. Eratosth. catast. V. Diod. IV 61. VI 4. Luc. conc. deor. 5. Nonn. 47, 451. 48, 969 sqq. Hyg. astron. II 5.

Medio autem loco inter has duas Ariadnaeae fabulae formas poni licet eam, quam Ovidius explicat fast. III 511 sqq. ubi Bacchus uxori:

'tu mihi iuncta toro, mihi iuncta vocabula sumes:
nam tibi mutatae Libera nomen erit.
sintque tuae tecum faciam monumenta coronae,
Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi.
dicta facit gemmasque novem transformat in ignes:
aurea per stellas nunc micat illa novem.'

Videmus igitur versionum illius de Ariadnae sidere fabulae extitisse varietatem, quam ab Alexandrinis effictam esse nemo infitietur: ac praecipue eam formam, quam in epistula Ovidiana VI expressam legimus, ut doctrinam minime tritam ex illorum catasterismis petitam esse inde fit apertissimum, quod praeter Ovidium nemo nisi Propertius eam exhibet. Sed cur omnino Hypsipylam Ariadnae exemplum poeta faciat proferentem, ex ep. II 79 sqq. apparet, ubi Phyllis fortunam praedicat, cuius Ariadne a deo amata particeps facta sit. Namque eodem consilio etiam Hypsipyle, quamvis non disertis verbis, eam memorare videtur, ut suam sortem opponat fortunae illius, cum praesertim una e maioribus sit. —

Ante Argonautarum adventum *Lemniae omnes viros omnemque prolem virilem interfecerant.*[1]) Quod Hypsipyle apud Ovidium significat v. 53:

'Lemniadesque viros nimium quoque vincere norunt.'

Nec non in metam. illud facinus leviter perstringitur, ubi sermo fit de Philoctetae sagittis, quas Ulixes, cum e certamine de Achillis armis instituto victor discessisset, Lemno Graecis allaturus erat (XIII 399 sqq.):

---

[1]) Singula de hac re, quam Ovidius accuratius non persequitur, vide si placet apud Ap. Rh. I 609 sqq. Hdt. VI 136. schol. Hom. *H* 468. Apollod. bibl. I 9, 17. Hyg. fab. 15. Suid. s. v. *Λήμνια βλέπων*. Val. Flacc. II 107 sqq. Stat. Theb. V 49 sqq. Myth. Vat. I 133 coll. II 141. Strictim rem attingunt Pindarus Lemnias dicens *ἀνδροφόνους* (pyth. IV 252) et scriptor Argon. Orph. v. 474 sqq. Idem denique argumentum fuisse videtur primae fabulae trilogiae Aeschyleae quae inscribitur Hypsipyle (cf. Welcker 'Trag.' p. 50).

'victor ad Hypsipyles patriam clarique Thoantis
et veterum terras infames caede virorum
vela dat, ut referat Tirynthia tela, sagittas',

et loco artis amatoriae, ubi poeta postquam feminis de amatoribus domo excipiendis praecepta dedit, quibus tamen sua ipsius vitia aperit, nihilo minus omni dubitatione abiecta ad eandem praecipiendi rationem his verbis delabitur (III 672):

'ego coepta fideliter edam
Lemniasi et gladios in mea fata dabo',

similiterque poeta optat, ut inimicus pereat sicut ii,

'quos ferae morti Lemnia turba dedit' (Ib. 394).

Thoantem autem patrem a se servatum esse ipsa Hypsipyle Medeae improbitati suam pietatem opponens refert v. 135:

'prodidit illa patrem: rapui de caede Thoanta;
deseruit Colchos: me mea Lemnos habet',

quod fecit, quia nefas illud detestata est (cf. v. 139). Hac in re Ovidium cum Apollonio quodam modo discrepare notandum est: nam apud hunc Hypsipyle, quamquam Iasoni caedem virorum se vere enarraturam esse ait (v. 796), tamen qua est calliditate non omnia profert — ea enim, quae illa reticet, poetae epico ipsi de suo prodere licebat (cf. v. 620 sqq.) —, sed hoc tantum memorat viros, cum a mulieribus Thraciis quondam redissent, in urbem ab uxoribus non receptos in Thraciam demigrasse (v. 820 sqq.). Metuit enim, ne Argonautae, ubi caedem compererint, aut Lemnias puniant aut insulam sine mora relinquant. Item vero Apollonii Hypsipyle patrem a se servatum tacet neque omnino tam planis verbis incolarum facinus improbat, quam Ovidii. Felicissime autem Nasoni, cum illud paullo mutaret, puto contigisse, ut Hypsipylae mores certiore ratione exponeret magisque ad epistulam amatoriam accommodaret.

Sed quae caede illa effecta sunt, Ovidius eadem esse fingit atque Apollonius. Etenim cum Thoantem Lemno absentem uterque faciat, Hypsipyle, ut unica illius filia (cf. schol. Ap. Rh. I 719), insulae regina inducitur: quam se esse ipsa testatur apud Apollonium v. 798 (coll. v. 717 sq. Val. Flacc. II 309 sq.

Arg. Orph. 476), apud Ovidium apparet e verbis, quibus Lemnum sua regna vocat (v. 5. adde fast. III 82).

Brevi autem postquam virorum caedes cruenta facta est, *in insulam Argonautae venerunt.* Quos, simulatque Argo appulsa est, omni modo ab urbe retinendos esse regina censuerat, quod profitetur v. 51 sq.:

'certa fui primo — sed me mea fata trahebant —
hospita feminea pellere castra manu'.

Apollonius de eorum adventu haec prodit: Argonautas conspectos Lemniae, quia Thraces esse opinantur, armis celerrime indutis Myrina ex urbe proruunt, ut hostes vi arceant (v. 633 sqq.); sed cum, qui advenae essent quidque orarent, per Aethalidam nuntium ab Argonautis missum audivissent (v. 640 sqq.), Hypsipyle apud Lemnias brevi ad contionem convocatas in hac est sententia, ut victu apportato hospites intra moenia intrare nullo modo patiendum esse primum censeat (v. 655 sqq.), tum ut eis detur intrandi venia, Polyxo nutrice suadente concedat (v. 667 sqq. cf. Val. Flacc. II 311—325). Quae Ovidio, si amorem fidem subsidium Hypsipylae optime ante oculos ponere voluit, omittenda erant. Ac tantum abest, ut Hypsipyle in epistula de illa contione verba faciat, ut causam hospitii dati attribuat fato: qua re Iasonem perfidum, quo celerius revertatur, adduci posse credit.[1])

Addenda hic pauca videntur de eiusdem fabulae versione, qualis a poetis tragicis explicatur. Aeschylus enim in trilogia, quae Hypsipyle inscribitur, reginam et Lemnias mulieres armatas Argonautis ad litus occurrentes et cum eis pacem conciliantes inducit (cf. schol. Ap. Rh. I 769. Welcker 'Trag.' p. 51). Num ante hoc foedus initum Lemniae cum Argonautis manus conseruerint — id quod Sophocles in Λημνίαις finxit (cf. schol. Ap. Rh. l. l. Welcker p. 326)[2]) — incertum est. Licet igitur statui Ovidium, etsi eas tragoedias, certe Sophocleam, ei notas fuisse veri simile est, tamen nihil fere ex eis hausisse; sed propius ad veritatem accedemus, si poetam romanum fabulae

[1]) Simili consilio eandem proferunt causam Phaedra (ep. IV 61 sq.) et Hermione (ep. VIII 81 sq.).

[2]) Idem finxit Statius (Theb. V 376 sqq.) fortasse Sophoclis exemplum secutus (cf. Welcker p. 328).

Lemniae argumentum ex Apollonio petitum suo arbitrio mutasse existimabimus. Nam a Lemniis Iasonem eiusque comites secundum Nasonem ad proelium provocatos non esse e v. 51 cognoscitur.

Hospitio igitur Argonautae excipiuntur. Qua de re Hypsipylam haec dicere videmus (v. 55):

'urbe virum iuvi tectoque animoque recepi'.

Narrat igitur omnia Argonautis prospere processisse, quasi ipsa suo consilio et misericordia quadam commota nec quoquam ab alio monita eos domum receperit. Nam semper id agit, ut se ipsam collaudet suaque erga Iasonem merita ac beneficia quam maximo studio exponat et amplificet. Neque ulla suspicio Iasoni de reginae benevolentia movenda erat: quae suspecta ei facta esset, si Argonautas comperisset a Lemniis exceptos esse, ut nova virorum proles gigneretur, quod Polyxus consilium etiam reginae placuerat (cf. Ap. Rh. 675 sqq. 697 sqq.). Itaque Ovidius eam rem non potuit aliter depingere, nisi Hypsipylam suis rationibus providentem fingere voluit. Dubito autem an versu illo respiciat verba, quibus apud Apollonium Iphinoe ab Hypsipyla missa Argonautis hospitium offert v. 715 sq.:

καὶ δ' αὐτοὺς γαίης τε καὶ ἄστεος, αἴ κ' ἐθέλητε,
κέκλεται αὐτίκα νῦν ἐπιβαινέμεν εὐμενέοντας·

et de Iasone postea dicitur v. 853:

ἔνθ' ὃ μὲν Ὑψιπύλης βασιλήϊον ἐς δόμον ὦρτο.

Addendum denique est sententiam, quae versu illo Ovidiano exprimitur, etiam aliis in epistulis Ovidii legi ut locum communem: scribit enim idem fere Phyllis Demophoonti (ep. II 55): 'nec moveor, quod te iuvi portuque locoque' (cf. v. 29 sq.) et Dido Aeneae (ep. VII 89): 'fluctibus eiectum tuta statione recepi'. Unde coniecturam a Palmero pro codicum lectione 'urbe virum vidi' propositam 'u. v. iuvi' tam elegantem quam unice rectam esse evincitur.

Praeterea hic quoque, quam multa Ovidius paucis verbis Hypsipylam attingentem faciat, bene perspicitur, si confertur Apollonii narratio v. 774 sqq. 790 sqq.

Sacra autem Argonautis receptis Veneri et Vulcano facta (cf. Ap. Rh. 857 sqq. Val. Flacc. 329 sqq. Stat. 449 sqq.) aut certamina in Thoantis honorem a Lemniis instituta, quae a poetis lyricis celebrari videmus[1]) quod Ovidii Hypsipyle non memorat, nemo certe miretur, quoniam, cur ea ut minime ad Hypsipylae merita perfidiamque Iasonis pertinentia significentur, plane nihil est.

Lemni inter Iasonem et reginam nuptias legitimas conciliatas esse Ovidius fingit; namque et Iasonem, cum discedit, illi dicentem facit: 'vir tuus hinc abeo' (v. 60) et Hypsipylam idem confirmantem v. 111 sq.:

'vir meus hinc ieras, vir non meus inde redisti:
sim reducis coniunx, sicut euntis eram',

atque Iasoni in memoriam reducentem 'conubialia iura' (v. 41); nuptias denique paratas esse non furto verum Iunonis auspiciis ipsa regina testatur v. 43 sq.:

'non ego sum furto tibi cognita: pronuba Iuno
adfuit et sertis tempora vinctus Hymen',

quibus questa addit v. 45 sqq.:

'at mihi nec Iuno nec Hymen, sed tristis Erinys
praetulit infaustas sanguinolenta faces.
quid mihi cum Minyis? quid cum Dodonide pinu?
quid tibi cum patria, navita Tiphy, mea?'

Quibus distichis poeta utitur τόπῳ rhetorum nempe disciplina exculto, cui simillimus repetitur in ep. II, ubi Phyllis de nuptiis clamat v. 117 sqq.:

'pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis,
et cecinit maestum devia carmen avis.
adfuit Alecto brevibus torquata colubris
suntque sepulcrali lumina nota face',

neque aliter queritur Dido ep. VII 93 sqq.:

'illa dies nocuit, qua nos declive sub antrum
caeruleus subitis compulit imber aquis.
audieram voces, nymphas ululasse putavi,
Eumenides fatis signa dedere meis',

1) Cf. Simonid. fgm. 205 (Bergk). Pind. pyth. IV 252 sqq. et schol. v. 450. olymp. IV 19 sqq; adde Philostr. gymn. 3.

vel Canace ep. XI 101 sqq.:

'tolle procul decepte faces Hymenaee maritas
et fuge turbato tecta nefanda pede;
ferte faces in me, quas fertis, Erinyes atrae,
et meus ex isto luceat igne rogus' (adde ep. XXI 172).

Has sententias ex Alexandrinorum more dictas esse docet consensus Ovidii et Antonii Thalli in Anthol. Palat. VII 188:

δύςδαιμον Κλεάνασσα, σὺ μὲν γάμῳ ἔπλεο, κούρη,
ὥριος, ἀκμαίης οἷά τ' ἐφ' ἡλικίης·
ἀλλὰ τεοῖς θαλάμοισι γαμοστόλος οὐχ Ὑμέναιος
οὐδ' Ἥρης ζυγίης λαμπάδες ἠντίασαν,
πένθιμος ἀλλ' Ἀΐδης ἐπεκώμασεν, ἀμφὶ δ' Ἐρινύς
φοίνιος ἐκ στομάτων μόρσιμον ἧκεν ὄπα·
ἤμματι δ' ᾧ νυμφεῖος ἀνήπτετο λαμπάδι παστάς,
τούτῳ πυρκαϊῆς, οὐ θαλάμων ἔτυχες
(vide Dilthey 'Cyd'. p. 91).

Praeterea cum Didonis epistulae v. 95 apte conferas Apollonii locum, ubi, dum Iason ante Aeetae boves domandos sacra facit, omina infausta similiter indicantur (III 1218 sq.): αἳ δ' ὀλόλυξαν νύμφαι ἑλειονόμοι ποταμηΐδες.

Ceteri poetae Iasonis Hypsipylaeque nuptias quam levissime tangere satis habent.[1]) Apollonius vero circuitione quadam adhibita rem eandem profert, cum Herculem Iasoni diutius apud reginam remorato iratum haec dicentem faciat v. 872 sqq.:

τὸν δ' ἐνὶ λέκτροις
Ὑψιπύλης εἰᾶτε πανήμερον, εἰσόκε Λῆμνον
παισὶν ἐσανδρώσῃ μεγάλη τέ ἑ βάξις ἵκηται.

Quaestio autem haud facilis extat de verbis ep. VI 47 '*Dodonide* pinu'. Codices enim omnes exhibent lectionem 'Tritonide pinu', quorum contra auctoritatem Maximus Planudes monachus in metaphrasi epistularum Ovidianarum e latino exemplari, quod ante oculos habuit, illum versum sic vertit: τί μοι τοῖς Μινύαις; τί μοι τῇ Δωδωνίδι νηΐ; Ac quod latinum vocabulum pinus graeco ναῦς reddidit, mirum non est, quia hoc semper fere usurpat, ubi pinus per metonymiam dicitur. Sed cum

[1]) Cf. Pind. pyth. IV 255. Nonn. XXX 205, ubi Lemnus vocatur *νυμφήιον Ὑψιπυλείης*.

Planudes omnibus locis, quibus legitur Tritonis, ipse quoque vocabulo Τριτωνίς utatur, iam apparet loco illo epistulae VI in eius exemplari latino extitisse scripturam 'Dodonide pinu', nisi forte lectionem traditam eum consulto mutasse arbitraris. Cui sententiae obstat, quod, cum epitheton 'Dodonis' Argo navi nisi duobus Apollonii locis nusquam inditum videamus[1]), a Planude Apollonii poema diligentissime lectitatum esse putandum est, — id quod ex eius scriptis ne minimo quidem indicio elucet. Itaque illud epitheton non Planudi, sed eius fonti latino vindicandum esse Gudeman[2]) rectissime iudicavit. Nec tamen tribuendum est solum codici, verum etiam ipsi Ovidio: eum enim, quippe qui epitheta recondita et longe repetita in deliciis haberet, illud quoque ex Apollonio sumpsisse apertissimum est. Quo fit, ut novum inveniatur argumentum, quo Ovidium Apollonii Argonautica ad Hypsipylae epistulam componendam adhibuisse pateat. —

Quam diu Argonautae Lemni commorati sint, alii scriptores aliter tradunt: Apollonius Iasonem eiusque socios, cum die post adventum proficisci aquilone prohiberentur (v. 650 sqq.), paucos dies apud Lemnias retentos in dies iter distulisse dicit (v. 861 sqq.); idemque fere refert Hyginus.[3]) Satis obscura sunt verba Valerii Flacci II 367 sqq.:

'et lunam quarto densam videt imbribus ortu
Thespiades, longus coeptis et fluctibus arcet
quem metus',

quae Vossius de quattuor diebus et Meziriacus[4]) de uno mense, Ianus Parrhasius et Burmannus de quattuor mensium spatio intelligi volunt. Simile autem tempus Simonides et Pindarus et fortasse etiam tragici poetae finxerunt ideo, quod ab Argonautis et Lemniis certamina illa instituta esse ferunt. Statius vero commorationis spatium auget, cum Argonautas per annum Lemni fuisse constituat, cf. v. 459 sq.:

---

[1]) I 527. IV 583, unde idem adiectivum repetitur in Apollod. bibl. I 9, 16 et apud Val. Flacc. I 302.

[2]) 'De heroidum Ovidii codice Planudeo', diss. Berol. 1888 p. 63 sqq.

[3]) fab. 15: 'ibi cum complures dies retenti essent, ab Hercule obiurgati discesserunt'. cf. etiam Myth. Vat. I 133. II 141. Apollodorus auctorque Argon. Orph. de tempore ab Argonautis Lemni consumpto prorsus tacent.

[4]) 'Commentaires sur les Epistres d'Ovide', Haye 1716 tom. I p. 68.

'iamque exuta gelu tepuerunt sidera longis
solibus et velox in terga revolvitur annus',

ad quos versus scholiasta adnotat: 'anno continuatae cohabitationis finito ex Argonautis pepererunt Lemniades novam sobolem.'

Denique Ovidius, qui longissimum temporis spatium memorat, Iasonem apud Hypsipylam duos per annos versantem tertiaque demum aestate discedentem facit; dicit enim illa v. 56 sq.:

'hic tibi bisque aestas, bisque cucurrit hiems;
tertia messis erat, cum tu dare vela coactus' eqs.

Videmus igitur ex omnibus quae attulimus testimoniis tempus, quod Argonautae Lemni duxerunt, in scriptorum memoria haudquaquam constanti ratione definitum fuisse. Quo accidit, ut Ovidium, cum velut postea Flaccus et Statius suo ipsius arbitrio spatium illud temporis longius ceteris producere potuerit, ea in mutatione quosdam alios scriptores hodie deperditos secutum esse [1]) paene negandum sit. Qua in re non sine arte atque ingenio a fabulae ratione, qualis a poetis prioribus exhibetur, consulto recessit. Nam quo longior Argonautarum commoratio fuit, eo firmiore artioreque vinculo, eo maiore amore maioribusque meritis sese cum Iasone coniunctam esse Hypsipyle contendere potest. Contra Apollonio ut poetae epico, quippe qui rerum ab Argonautis Lemni gestarum narrationem toti poemati non posset interponere nisi parvae digressionis loco, illud spatium amplificare non licuisse apertum est: suo iure idem produxit poeta romanus, quoniam digressionem illam e cuncto fabularum argonauticarum conexu exemptam ut propriam fabulam epistulae amatoriae argumentum esse voluit non curatis, quae postea gesta esse traduntur.

Iam dicendum est de loco poesis amatoriae communi, quem Ovidius, ut similiter ceterarum nonnullis (cf. II 111 sqq. IV 163 sq. VII 149 sq.), sic Hypsipyleae quoque epistulae inseruit artificiose conversum ex iis, quae ab Apollonio narrantur. Regina enim Iasoni dotem promittit v. 117:

'dos tibi Lemnos erit, t e r r a   i n g e n i o s a   c o l e n t i'.

---

[1]) Hoc Lennepio ad Ov. l. l. et Barthio ad Stat. Theb. V 461 placuit.

Ex his verbis nec non inde, quod v. 5 regna Lemnia Iasoni pacta dicuntur, apparet fingi Aesonidam, ubi illam in matrimonium duxit, in possessionem insulae nondum venisse sed demum, simulatque ad reginam redierit, venturum esse. Offert autem illam dotem ei Hypsipyle etiam apud Apollonium, nec tamen perfidia eius perspecta verum postquam primo eum vidit v. 827 sqq.:

εἰ δέ κεν αὖθι
ναιετάειν ἐθέλοις, καί τοι ἅδοι, ἦ τ' ἂν ἔπειτα
πατρὸς ἐμεῖο Θόαντος ἔχοις γέρας· οὐ δέ τί δ' οἴω
γαῖαν ὀνόσσεσθαι· περὶ γὰρ βαθυλήϊος ἄλλων
νήσων Αἰγαίῃ ὅσαι εἰν ἁλὶ ναιετάουσιν

et v. 890 sqq.:

ἥδε δὲ νῆσος
σκῆπτρά τε πατρὸς ἐμεῖο παρέσσεται, ἢν καὶ ὀπίσσω
δή ποτε νοστήσας ἐθέλῃς ἄψορρον ἱκέσθαι

(adde v. 868. Stat. Theb. V 54 sqq.). Quos versus Apollonii a Nasone epistulae illo loco respici luce est clarius, praesertim cum eorum uterque, qua insula sit fertilitate, Hypsipylam similiter praedicantem inducat.

De Argonautarum discessu Ovidius aliquanto exponit brevius quam epici poetae: Apollonius enim eumque imitatus Valerius Flaccus narrant Herculem, cum Argonautae navem appulissent, in terram egressum non esse sed in navi remansisse et socios tempus conterentes ut iter facere pergerent adhortationibus induxisse (Ap. Rh. I 855 sqq. Flacc. II 373 sqq. coll. Argon. Orph. 482 sqq.). Quae omnia Ovidius uno attingit verbo, cum Hypsipylam Iasonem vela dare coactum esse loquentem faciat (v. 57). Paullo rem mutavit Valerius, qui Tirynthii verbis admonitum Iasonem minus invitum sequentem fingit. Statius vero longius quam ille a memoria vulgari recessit: apud eum enim Hypsipyle Iasonem caelo sereno facto ipsum sua sponte socios ut proficiscerentur hortatum esse dicit (Theb. V 471 sqq.).

Iasonem autem discedentem in lacrimas effusum esse regina confirmat apud Ovidium cum v. 58: 'implesti lacrimis talia verba tuis', tum verbis eius ipsis prolatis v. 63 sq.:

'hactenus — et lacrimis in falsa cadentibus ora
cetera te memini non potuisse loqui'.

At Apollonius de questu lacrimisque Iasonis plane tacet: immo eum fingit aegre ferentem, quod Hypsipylam, cum retineri nequeat, in maximos luctus incidere atque ut revertatur precari videat (v. 886 sqq.); nam diserte ab eo Iason dicitur reginae respondisse ἀγαιόμενος[1]), nimirum quia amore meritisque eius minime voluit alligari. Tales vero Iasonis mores fingere Ovidius nullo modo potuit: nam si apud eum Iason eadem animi lentitudine frigoreque imbutus neque summo amore inflammatus induceretur, Hypsipylae amantis spes confirmata atque alta fuisse certe non posset, verum statim fuisset adempta. Similiter autem puellam iterum iterumque appellare lacrimas ab amatore proficiscente profusas etiam aliis in epistulis videmus, velut Phyllidis (v. 93 sqq.), Oenonae (v. 43 sqq.), Laodamiae (v. 12 sq.), ita ut illum locum communem constituamus.

Sed Iason, priusquam navem conscendat, Hypsipylam lugentem consolari conatus est, quaeque fecerit verba in memoriam eius ipsa reducit v. 59 sqq.:

'abstrahor, Hypsipyle, sed dent modo fata recursus,
vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero;
quod tamen e nobis gravida celatur in alvo,
vivat et eiusdem simus uterque parens'.

Atque hic in universum monendum est Iasonem ab Ovidio, ut virum vere amantem, multo magis obstinata voluntate praeditum multoque firmiore spe temporum futurorum nixum fingi quam ab Apollonio: nam si Ovidii narrationem sequimur, Iason haudquaquam utitur sententiis incertis, sed reginae quid postea fieri velit clarissime aperit. Nec male fecit Naso, quod illum non induxit dubium, quoniam Hypsipylam hic quoque primum in certissimam fidei eius spem adductam, deinde cum spem inanem esse senserit, vehementissima ira ob fidem fractam quasi praecipitem ferri fingere potuit. Expressit autem verbis Iasonis discedentis sententias, quae etiam apud Apollonium leguntur; nec tamen omnes e sermone Iasonis delibavit, sed ingeniose confudit, quae Apollonius disputantem facit et Hypsipylam et ipsum Iasonem, nonnullis nimirum ita mutatis, ut ad amatoris mores, quales nobis depingere vult, magis accommodarentur.

[1]) v. 899. cf. etiam scholiastae verba: θαυμάζων τῆς διαθέσεως καὶ τοῦ ἔρωτος.

Primum igitur Iason reditum suum — scilicet in Lemnum insulam (cf. v. 62) — ideoque etiam mandata perficienda fato se remittere dicit, sicut apud Apollonium deorum potentiae ac voluntati v. 900 sqq.:

Ὑψιπύλη, τὰ μὲν οὕτω ἐναίσιμα πάντα γένοιτο
ἐκ μακάρων, τύνη δ' ἐμέθεν πέρι θυμὸν ἀρείω
ἴσχαν', ἐπεὶ πάτρην μοι ἅλις Πελίαο ἕκητι
ναιετάειν· μοῦνόν με θεοὶ λύσειαν ἀέθλων.

Deinde Hypsipylae semper sese conservaturum esse fidem coniugii iam initi verbis sat perspicuis pollicetur (v. 60). Contra apud Apollonium tantum abest, ut certissime Lemnum se rediturum esse profiteatur, ut missis ambagibus apertissime dicere pergat rebus in Colchide feliciter gestis in Graeciam patriam se reversurum esse (v. 904); nec non Hypsipyle minus amatorie omnia Iasonis voluntati concedit (cf. v. 891 sq.). Itaque Iasonem ne coniugii quidem fidem illi dedisse Apollonius fingit. [1]) Toto autem disticho Ovidiano 59 sq. ea sententia exprimitur, quasi Hypsipyle ante oraverit, quod apud Apollonium profert v. 896: μνώεο μὴν ἀπέων περ ὁμῶς καὶ νόστιμος ἤδη Ὑψιπύλης, sicut proximo disticho 61 sq. Iason optime eis respondet, quae regina interrogat Ap. v. 897 sq.:

λίπε δ' ἡμὶν ἔπος, τό κεν ἐξανύσαιμι
πρόφρων, ἢν ἄρα δή με θεοὶ δώωσι τεκέσθαι (cf. Val. Fl. II 422 sqq.).

Ac de prole, nisi ipse redeat, praecipientem eum Apollonius facit v. 905 sqq.:

(εἰ) σὺ δ' ἄρσενα παῖδα τέκηαι,
πέμπε μιν ἡβήσαντα Πελασγίδος ἔνδον Ἰωλκοῦ
πατρί τ' ἐμῷ καὶ μητρὶ δύης ἄκος, ἢν ἄρα τούςγε
τέτμῃ ἔτι ζώοντας, ἵν' ἄνδιχα τοῖο ἄνακτος
σφοῖσιν πορσύνωνται ἐφέστιοι ἐν μεγάροισιν,

quae verba nescio an Ovidius respiciat, cum mutatis nempe mutandis Hypsipylam de pueris haec loquentem inducat (v. 125 sq.):

'legatos quos paene dedi pro matre ferendos;
sed tenuit coeptas saeva noverca vias'.

---

[1]) Hoc recte animadvertit Burmannus ad Ov. v. 60.

Quae omnia qualia Naso ex Apollonii poemate petita ipse formaverit, multo videri magis esse idonea, quae epistulae amatoriae ut fundamentum substruantur, in propatulo est. Sic enim accidit, ut fidem reginae datam ab Iasone 'male grato' (am. II 18, 23) turpissime violari effingatur.

Summam vero infamiam ille sibi conflat, quod Hypsipylam non solum reginam, sed etiam matrem et pueros ab ea editos deseruit. Nam cum mulierem eo potissimum, quod liberos, pignora cara coniugii, peperit, praeclare de viro meritam eum maxime obstrictum tenere veteres arbitrarentur, Ovidius Hypsipylam brevi postquam pueri nati sunt epistulam mittentem optime facit. Memorat enim mater pueros v. 119 sqq.:

'nunc etiam peperi: gratare ambobus, Iason;
dulce mihi gravidae fecerat auctor onus.
felix in numero quoque sum prolemque gemellam
pignora Lucina bina favente dedi';

ac quo facilius coniugis animus deleniatur, suavissime nec tamen sine aliquo acumine addit:

'si quaeris, cui sint similes: cognosceris illis;
fallere non norunt, cetera patris habent'.

Itaque cum epistula ad Iasonem, postquam in patriam revertit, scribatur (cf. etiam v. 23 sqq.), pueros illos vel brevi antequam Argonautae in Thessaliam venissent, vel non multo post eorum reditum natos esse Ovidius fingit. Liberorum autem mentio aliis quoque epistulis communis est, velut maxime Medeae (ep. XII 187 sqq.); similiterque respicit et Dido prolem futuram (ep. VII 133 sqq.) et Telemachum filium Penelope (ep. I 107 sqq.).

Geminos denique ab Hypsipyla genitos esse omnes fere scriptores consentiunt illorumque nomina, quae Naso tacet, plerique memoriae tradunt fuisse Euenum et Thoantem (cf. schol. Pind. nem. argum. II. Anthol. Pal. III 10. Stat. Theb. V 465. VI 342. Myth. Vat. I 133. II 141); Thoantis loco Nebrophonum ponit Apollodorus (I 9, 17), Deiphilum Hyginus (fab. 15. 17. 273).

Cum Argonautae Herculis monitu ab insula proficiscerentur, Iasonem sociorum ultimum navem conscendisse Ovidius refert v. 65:

'ultimus e sociis sacram[1]) conscendis in Argo.'

Cui rei plane contrarium Apollonius tradit v. 910:

ἔβαιν' ἐπὶ νῆα παροίτατος· ὣς δὲ καὶ ἄλλοι
βαῖνον ἀριστῆες (cf. Stat. Theb. V 480).

Recte autem de hoc discrimine iudicavit Burmannus, qui ad Ov. l. l. haec adnotat: 'illi (sc. epici) magis solliciti videntur fuisse, ut bonum nobis ducem Iasonem quam doctum amatorem exhiberent', idemque fere scholiasta docet ad Ap. Rh. l. l.: διὰ τούτου τῶν ἡρώων ὑπεραπολογεῖται, ὅτι καὶ τῆς πρὸς τὰς Λημνιάδας συνόδου προαρξαμένου τοῦ ἀρχηγοῦ καὶ οὗτοι συνετίθεντο, καὶ νῦν δὲ πάλιν ἐκείνου τοῦ πλοῦ ἀρχομένου καὶ οὗτοι εἵποντο. Ubique igitur Naso id spectat, ut Iasonis erga Hypsipylam amorem quam flagrantissimum fingat.

Nullius fere momenti est, quod Argo vento propulsam esse dicit v. 66 sq.:

'illa volat, ventus concava vela tenet;
caerula propulsae subducitur unda carinae'.

Quamquam Apollonius hic Argo remis (v. 911 sqq.), aliis locis, velut e sinu Pagasaeo exeuntem (v. 563 sqq.), vento actam esse tradit. Sed tamen dubito, an Ovidius etiam in re Lemnia narranda certo quodam consilio hoc potissimum proferat. Hypsipyle enim Argus vela propterea videtur memorare, quod ea quam longissime oculis prosequi potuit. Nam ascendisse sese in turrem prope litora sitam ipsa scribit v. 69 sqq.:

'in latus omne patens turris circumspicit undas:
huc feror, et lacrimis osque sinusque madent.
per lacrimas specto cupidaeque faventia menti
longius assueto lumina nostra vident'.

Qua de re etsi Apollonius nullum facit verbum, Naso tamen, cui epistularum suarum apparatus, ut ita dicam, sat magnam ad ornatum praebuit materiam, illud similiter addit atque Ariadnam Thesei navem e montis vertice aspicientem (ep. X 25 sqq.) vel Oenonam ex Idae promunturio Paridem proficiscentem, sicut postea revertentem (ep. V 61 sqq.) prosequi fingit

---

[1]) Iam apud Aeschylum legitur Ἀργοῦς ἱερὸν ξύλον (fgm. 20 N²), quod respicere videntur Lycophro (Alex. 1370) et Hyginus (astr. II 37).

(v. 55 sq.). Nec non Statius, fortasse ex Ovidii imitatione, narrat Lemnias mulieres e montibus scopulisque Argonautas discedentes oculis insecutas esse l. l. v. 481 sqq.

Tunc demum Hypsipylam, dum Iasonem visu sequitur, lacrimas effudisse Ovidius dicit v. 71 sq.[1]) Contra Apollonius eam Iasone adhuc remorante flentem inducit (v. 887 cf. Val. Flacc. II 402 sqq.). Mutat autem ille rem ideo, quod reginam maiore studio animique motu amati discessum exponentem fingere vult (v. 57 sqq.), quam ut illa de alio ac de Iasone verba facere possit. Eadem enim de causa apud Ovidium ne eorum quidem verborum in epistula mentionem facit, quibus Iasonem discedentem eam allocutam esse Apollonius v. 888 sqq. tradit. Nec tamen ea Naso prorsus praetermittit, sed eorum sententiam exprimere videtur, cum Hysipylam lacrimis etiam preces adiungentem faciat v. 73 sq.:

'addo preces castas immixtaque vota timori
nunc quoque te salvo persoluenda mihi' eqs.,

quibus tamen deos rogatos intelligi, non apud Iasonem — ut Apollonius rem describit — preces prolatas patet. Similiter enim aliae quoque heroïnae pro coniuge proficiscente deos implorant, velut cum Phyllis (ep. II 17), tum Oenone, cuius ex epistula cum Hypsipylae verbis apte comparantur v. 57 sqq.

Videmus igitur ex iis, quae adhuc disputavimus, Ovidium Apollonii poema in epistula Hypsipylaea componenda certe ante oculos habuisse nec sine ingenio ac mira quadam arte, quidquid hic de rebus ab Argonautis Lemni gestis in opere epico protulit, carmine amatorio et rhetorice exornato proposuisse. Quod cum ita sit, iam non stamus a partibus Ottonis[2]), qui ut eorum quae Propertius de rebus Lemniis breviter tangit, sic etiam Ovidianae epistulae alium quendam fontem statuendum esse quasi praeteriens neque accuratiore quaestione habita contendit; verum sententiam comprobamus Ribbeckii haec professi: 'Apollonios wird auch die Anregung zu dem Brief der auf Medea eifersüchtigen Hypsipyle an Iason gegeben haben' ('Roem. Dichtung' II p. 249).

---

[1]) Aliter amatoris discessum poeta describit in epistulis Phyllidis (II 95) et Oenonae (V 43 sqq.).

[2]) 'De fabulis Propertianis part. I', diss. Vratisl. 1880 p. 46.

Sed in eo est, ut eadem atque supra adhibita ratione quam accuratissime eis quoque inter se collatis, quae Apollonius quaeque Naso de Medeae Iasonisque amoribus tradit, quatenus hic illius poema in usum converterit, perquiramus. Iam igitur partes agant praecipuas

Iason et Medea.

Quam fabulam Ovidius, quia eam adamavit, plus quam uno loco carminum suorum non solum leviter significat, sed copiosius proponit. Pleraque autem de ea prodita invenimus cum in epistulis Medeae (XII) et Hysipylae, tum initio metamorphoseon libri septimi. Ac praemonendum videtur poetam loco illo metam. semper, ne fabulae enarrationem longius producat, brevitate eleganti usum nonnulla praetermisisse, quae ad rem illustrandam necessario non pertinent. Quo fit, ut ad fabulam qualis illic adumbratur supplendam vel etiam uberius explicandam haud pauca ex epistulis afferenda sint.

De adventu igitur *Argonautarum* Medeam videmus verba facere in epistula ad Iasonem data v. 29 sq.:

'accipit hospitio iuvenes Aeeta Pelasgos,
et premitis pictos, corpora graia, toros',

quo disticho poeta videtur ad ea spectare, quae Apollonius de epulis in Aeetae domo paratis prodit III 299 sqq.:

δμῶες δ' ὁππότε δή σφιν ἐπαρτέα θῆκαν ἐδωδήν,
αὐτοί τε λιαροῖσιν ἐφαιδρύναντο λοετροῖς,
ἀσπασίως δόρπῳ τε ποτῆτί τε θυμὸν ἄρεσσαν (adde v. 270 sqq.).

Nec magnum constituas eo fieri discrimen, quod hic Iasoni nisi Augiam et Telamonem, Phrixi filios [1]), et Argum comites nullos esse (v. 440), ille Argonautas apud regem omnes versantes (cf. etiam v. 51) fingit: minime enim Ovidii interest pluribus persequi, quod Apollonius refert Iasonem cura sociorum commotum imperasse, ut ceteri in navi remanerent (v. 171 sqq.); et eo, quod omnes Argonautae adesse dicuntur, imaginem quae hic sub aspectum subicitur vividis coloribus depingi Palmer rectissime animadvertit.

---

[1]) Telamonis memoriam Ovidius facit met. XIII 22.

Dum *inter cenam* sunt, heroes ab Aeeta vellus aureum petunt: id quod Apollonius fusius explicat v. 302—366, Ovidius ut minus grave quasi in transitu attingit; nec pluribus, quae Aeetes Iasonem perficere iusserat, versu proximo absolvit; cf. met. VII 7 sq.:

'adeunt regem Phrixeaque vellera poscunt,
lexque datur Minyis [1]) magnorum horrenda laborum'.

Contra Medea ipsa, quippe quae Iasonem periculorum susceptorum magnitudinis iterum iterumque commonefacere velit, non sine calliditate etiam in iussu Aeetae exponendo nimia est ep. XII 39 sqq.:

'dicitur interea tibi lex, ut dura ferorum
insolito premeres vomere colla boum.
Martis erant tauri, plus quam per cornua saevi,
quorum terribilis spiritus ignis erat.
aere pedes solidi praetentaque naribus aera,
nigra per afflatus haec quoque facta suos.
semina praeterea populos genitura iuberis
spargere devota lata per arva manu,
qui peterent natis secum tua corpora telis:
illa est agricolae messis iniqua suo.
[lumina custodis succumbere nescia somno
ultimus est aliqua decipere arte labor]'.

Quae quin Ovidius ad Apollonii exemplum expresserit, non dubites loco comparato, ubi is Iasoni regem cum alia imperantem inducit tum haec (v. 407 sqq.):

πεῖρα δέ τοι μένεός τε καὶ ἀλκῆς ἔσσετ' ἄεθλος
τόν ῥ' αὐτὸς περίειμι χεροῖν ὀλοόν περ ἐόντα.
δοιώ μοι πεδίον τὸ Ἀρήϊον ἀμφινέμονται
ταύρω χαλκοπόδε, στόματι φλόγα φυσιόωντες·
τοὺς ἐλάω ζεύξας στυφελὴν κατὰ νειὸν Ἄρηος
τετράγυον, τήν αἶψα ταμὼν ἐπὶ τέλσον ἀρότρῳ
οὐ σπόρον ὁλκοῖσιν Δηοῦς ἐνιβάλλομαι ἀκτήν,
ἀλλ' ὄφιος δεινοῖο μεταλδήσκοντας ὀδόντας

[1]) Hanc unice rectam esse lectionem puto ab Heinsio et Gronovio enucleatam e scripturis librorum msc.: 'visque ('vox' superscr.) datur numeris' Marcian. saec. XI, 'visque' vel 'voxque' deteriores codd. cf. ep. XII 39.

ἀνδράσι τευχηστῆσι δέμας· τοὺς δ' αὖϑι δαΐζων
κείρω ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ περισταδὸν ἀντιόωντας . . . . .
. . . . σὺ δ' εἰ τάδε τοῖα τελέσσεις,
αὐτῆμαρ τόδε κῶας ἀποίσεαι εἰς βασιλῆος,

idemque se a rege iussum esse sociis Iason postea refert v. 495 sqq. Sed Ovidium non solum de tauris domandis atque seminibus iaciendis verum etiam de vellere auferendo (v. 49 sq.) verba facere animadvertimus idque ita fingere, quasi etiam hic labor postremus Iasoni ab Aeeta imperatus sit; pergit enim post illud distichon Medea profiteri: 'dixerat Aeetes' (v. 51). Atque est scriptor qui id quoque ab Aeeta Argonautis mandatum esse memoriae tradiderit, dico Herodorum, apud quem Iasonem ut vellus recuperet rex ipse mittit et vellere allato eo retinere vult consilio, ut Argonautis insidias perniciemque paret.[1]) At e tota rei descriptae ratione Ovidium omnia sic exponere elucet, ut Iason Medeaque vellus Phrixeum inscio Aeeta atque invito abripiant, ideoque etiam hac in re sequi Apollonii vestigia, qui eos vellere potitos esse παρὰ νέον Αἰήταο diserte testatur (IV 102). Quod cum ita sit, illos Ovidii versus 49 sq., cum neque, ubi libris msc. exhibentur, teneri neque in alium eiusdem epistulae locum transponi possint, genuinos esse negamus eosque operae attribuimus interpolatoris cuiusdam, qui nimio doctrinae suae proferendae studio incitatus e multis Ovidii locis, quibus Iasonis facinorum mentio fit, distichon illud conscripsit.[2])

Eis quae Aeetes perficienda mandavit auditis Argonautae domo regis exeunt, quod Ovidius Medeam indicantem facit v. 51 sq.:

'maesti consurgitis omnes
mensaque purpureos deserit alta toros',

memor certe Apollonii versuum 439 sq.:

ὃ δ' ἀπὸ ϑρόνου ὤρνυτ' Ἰήσων,
Αὐγείης Τελαμών τε παρασχεδόν, εἵπετο δ' Ἄργος

et v. 448:

καί ῥ' οἱ μέν ῥα δόμων ἐξήλυϑον ἀσχαλόωντες. —

[1]) Cf. Müller FHG II p. 40 (fgm. 53).

[2]) Similia interpolationis exempla collegit Sedlmayer 'prolegg. crit.' p. 71 sqq.

Iam veniamus ad *amorem, quem Medea Iasone conspecto toto pectore concepit,* describendum. Atque Ovidius, cum eum, quomodo ortus quoque progressus sit, vividissimis ut solet coloribus illustret, intra magnum fabularum argonauticarum orbem quasi novam fabellam proponit, in qua maxime exempla cum aliorum Alexandrinorum tum Apollonii eum imitatum esse consentaneum est, si Rohdio concedimus, quae de discrimine inter poetarum vetustiorum et hellenistarum rationem hac in re intercedente haec docet (l. l. p. 104): 'Schon die älteste Sage hatte in den Abenteuern des Jason das Werk des ritterlichen Helden durch die Aphrodite unterstützen lassen. Sicherlich aber that sie sich, nach altertümlicher Weise, mit einer solchen, nach aussen gewissermassen projizierten und von aussen wirkenden Personifizierung der Leidenschaft in der Gestalt der Liebesgöttin genug. Die hellenistischen Dichter legten die Bewegung in die Brust der Jungfrau selbst und schilderten die stürmische Erregung, die harten Kämpfe im Innern ihres Gemütes, die endliche Überwältigung ihres ernsten, ja tragisch schweren Sinnes durch die übermässige Neigung' eqs.[1])

Dicit autem Medea de origine sui erga Iasonem amoris haec v. 31 sqq.:

'tunc ego te vidi, tunc coepi scire quis esses:
illa fuit mentis prima ruina meae.
ut vidi, ut[2]) perii: nec notis ignibus arsi,
ardet ut ad magnos pinea taeda deos.[3])
et formosus eras, et me mea fata trahebant:
abstulerant oculi lumina nostra tui.
perfide, sensisti: quis enim bene celat amorem?
eminet indicio prodita flamma suo',

et v. 55 sq.:

'tristis abis: oculis abeuntem prosequor udis,
et dixit tenui murmure lingua: vale'.

[1]) Similiter de Apollonii poemate Couat 'la poésie alexandrine' p. 303: 'ce qui est vraiment nouveau dans son oeuvre, c'est la profondeur de l'étude psychologique'.

[2]) Vide infra p. 84.

[3]) Cf. cum hoc versu locos similes ep. VII 23 et met. III 373 sq. Rohde p. 157 adn. 1.

Quibus distichis Ovidius manifesto reddit, quae Apollonius de Medea, ubi primum Iasonem aspexit, Amoris telo percussa III 286 sqq.:

βέλος δ' ἐνεδαίετο κούρῃ
νέρθεν ὑπὸ κραδίῃ, φλογὶ εἴκελον κτλ.
ὡς δὲ γυνὴ μαλερῷ πέρι κάρφεα χεύατο δαλῷ
χερνῆτις, τῇπερ ταλασήια ἔργα μέμηλεν,
ὥς κεν ὑπωρόφιον νύκτωρ σέλας ἐντύνοιτο
πάγχυ μάλ' ἐγρομένη· τὸ δ' ἀθέσφατον ἐξ ὀλίγοιο
δαλοῦ ἀνεγρόμενον σὺν κάρφεα πάντ' ἀμαθύνει·
τοῖος ὑπὸ κραδίῃ εἰλυμένος αἴθετο λάθρῃ
οὖλος ἔρως,

et postea Argonautis Aeetae domo exeuntibus v. 443 sqq.:

θεσπέσιον δ' ἐν πᾶσι μετέπρεπεν Αἴσονος υἱός
κάλλεϊ καὶ χαρίτεσσιν· ἐπ' αὐτῷ δ' ὄμματα κούρη
λοξὰ παρὰ λιπαρὴν σχομένη θηεῖτο καλύπτρην,
κῆρ ἄχεϊ σμύχουσα· νόος δέ οἱ ἠύτ' ὄνειρος
ἑρπύζων πεπότητο μετ' ἴχνια νισσομένοιο.

Tanto igitur amore inflammata, simulatque Iason discessit, Medea in thalamum se confert ibique vehementissime queritur: cf. ep. XII 57 sqq.:

'ut positum tetigi thalamo male saucia lectum,
acta est per lacrimas nox mihi, quanta fuit.
ante oculos taurique truces[1]) segetesque nefandae,
ante meos oculos pervigil anguis erat'.

Hac in re Naso non omni ex parte cum Apollonio conspirat. Is enim Medeam, ubi in thalamum se recepit, ante sororis adventum somno opprimi somniisque cruciari fingit (v. 616 sqq.); apud illum puella, cum curae quietem ei adimant, lamentis lacrimisque sese dedit. At ne hoc quidem prorsus sine exemplo narrari videmus Apollonii, qui qualis Medeae postea a Chalciopa sorore aditae fuerit conditio, eadem fere ratione exponit v. 751 sqq.:

---

[1]) Etsi optimus cod. Parisinus 'meos' exhibet, 'truces' non legitur nisi in libris notae deterioris, tamen hanc scripturam illi praeferendam censeo, quia et pronomen 'meus' propter versum sequentem superfluum et adiectivum propter sequentia 'segetes nefandae' et 'pervigil anguis' necessarium videtur; cf. etiam Apollonii locum modo citandum.

ἀλλὰ μάλ' οὐ Μήδειαν ἐπὶ γλυκερὸς λάβεν ὕπνος·
πολλὰ γὰρ Αἰσονίδαο πόθῳ μελεδήματ' ἔγειρεν
δειδυῖαν ταύρων κρατερὸν μένος, οἷσιν ἔμελλεν
φθῖσθαι ἀεικελίῃ μοίρῃ κατὰ νειὸν Ἄρηος,

et v. 761:

δάκρυ δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν ἐλέῳ ῥέεν κτλ.,

nec non afferendi hic sunt versus 451 sqq. (cum Argonautae Aeetam reliquissent):

αὔτως δ' αὖ Μήδεια μετέστιχε· πολλὰ δὲ θυμῷ
ὥρμαιν' ὅσσα τ' Ἔρωτες ἐποτρύνουσι μέλεσθαι.
προπρὸ δ' ἄρ ὀφθαλμῶν ἔτι οἱ ἰνδάλλετο πάντα,
αὐτός θ' οἷος ἔην, οἵοισί τε φάρεσιν ἕστο κτλ.,

et v. 459:

τάρβει δ' ἀμφ' αὐτῷ, μή μιν βόες ἠὲ καὶ αὐτὸς
Αἰήτης φθίσειεν (adde v. 619 sqq.).

De eis autem rebus, quae postea accidisse traduntur, a Nasone aliis locis aliae perhibentur fabulae: in epistula enim XII Medea, utrum Iasoni subsidio adsit necne, secum reputare non dicitur neque ulla fiunt verba nisi de colloquio inter eam et sororem habito; metamorphoseon loco laudato nulla fere mentio est Chalciopae, quam opem Argonautis petisse poeta v. 54 brevissime indicat (Medea: 'stant mecum vota sororis'), sed ea praecipue in medio ponuntur, quae Medea sola de salute Iasoni afferenda mente agitavit. Quarum utraque fabularum, etsi Apollonius uno in carmine coniunctas memoriae prodit, nobis tamen, si Ovidium respicimus, quodam modo distincte percensenda est. Nam sicut in ep. XII Medea, ut Argonautarum salutem expediat, precibus sororis postque ipsius Iasonis adducitur, ita eius ingenium moresque, cum a nullo alio admonita vel obsecrata auxiliandi consilium capiat, in metam. aliquanto clarius depinguntur. Sed priusquam de hoc qualicunque discrimine certum feramus iudicium, singula si placet perquiramus.

Ac primum de epistulae XII loco huc pertinente disputari liceat v. 62 sqq.:

'mane erat, et thalamo cara recepta soror,
disiectamque comas adversaque in ora iacentem
invenit, et lacrimis omnia plena meis.
orat opem Minyis; alter petit, alter habebit[1]):
Aesonio iuveni, quod rogat illa, damus'.

Videmus autem Ovidium, quidquid ab Apollonio sat multis versibus enarratur, adumbrare, cum Medeae hic haudquaquam sit locus ubertatis copiaeque orationis. Sermone igitur, quo puella a sorore orata Argonautis opem sese denegaturam non esse apud Apollonium promittit (v. 674 sqq.), plane praetermisso ex exemplari graeco pauca tantum huc referri possunt. De Medea autem nocte illa, quamvis e thalamo ad sororem ipsa confugere velit, semper tamen pudore puellari retenta et in lecto questa haec dicuntur v. 655:

λέκτροισιν πρηνὴς ἐνικάππεσεν εἱλιχθεῖσα,

et de sororis adventu conferas quaeso v. 670 sqq.:

(Chalciope) διὰ δ' ἔσσυτο θαμβήσασα
ἐκ θαλάμων θάλαμον δὲ διαμπερές, ᾧ ἔνι κούρη
κέκλιτ' ἀκηχεμένη, δρύψεν δ' ἑκάτερθε παρειάς.
ὡς δ' ἴδε δάκρυσιν ὄσσε πεφυρμένα, φωνησέν μιν κτλ.

Denique de sororis precibus vide maxime v. 701 sqq. et de Medeae pollicitatione v. 714 sqq.

Addere hic nobis liceat quaedam de nomine illius sororis: mirum enim est, quod Ovidius neque in metam. neque in ep. XII eius mentionem facit; neque omnino, quod sibi finxisset, sciremus, nisi casu fere epistulae ab Helena ad Paridem datae (XVII) locus exhiberetur, quo Medeae soror nominatur Chalciope (v. 232)[2]) velut apud Apollonium compluribus locis (II 1140 sqq. III 248 al.). Itaque Ovidium hac quoque in

[1]) Hanc e codice Parisino petitam lectionem rectam esse putavit Salmasius, comprobavit Birt ('Goetting. gel. Anzeigen' 1882 p. 854).

[2]) Ibidem Medeae mater vocatur Idyia — quae unius cod. Parisini scriptura est; ceteri libri msc. et ipsa Planudis metaphrasis exhibent 'ipsa' —: quod nomen haud ita multis locis traditur: cf. Hes. theog. 352. 960. Soph. fgm. 503 N². Ap. Rh. III 243. 269. (ex hoc Apollod. I 9, 23). Hyg. fab. 25.

parte fabulae argonauticae Apollonii vestigiis insistere nemo infitiabitur.[1])

Hinc nos convertimus ad alteram eiusdem fabulae partis formam examinandam, quae in metam. profertur. Ibi enim Medea flagrantissimo iuvenis amore incensa diu haesitat, utrum illius saluti consulat necne. Quod quo melius illustret, poeta virginem secum ipsa colloquentem inducit. Ea autem in re, etsi quodam modo exemplum imitatur Apollonii, qui et ipse mentis inter diversa consilia fluctuantis scrupulos describens de puellae dubitationibus exponit[2]), tamen in animi affectibus depingendis, quoniam artis rhetoricae copiam facit quam maximam, multo liberius evagatur atque eo procedit, ut Medeam meram suasoriam omni colore rhetorico exornatam[3]) dicentem faciat, qua cupidinis et rationis dissensus proponatur. Nec mireris, quod Ovidius in ea explicatione ab exemplari graeco longe recedens maximam ingenio suo concessit libertatem. Quamquam comparatis, quae Apollonius et Ovidius hic persecuntur, sententiarum quaedam similitudines evadunt. Pleraque autem, quae in poemate graeco poeta vel ipse narrat vel Medeam simpliciter fingit referentem, apud Ovidium puella magis rhetorice vividis exprimit interrogationibus.

Primum igitur Medea animum vehementissima dubitatione metuque cruciari sentit apud Ap. v. 771 sqq.:

δειλὴ ἐγώ, νῦν ἔνθα κακῶν ἢ ἔνθα γένωμαι;
πάντῃ μοι φρένες εἰσὶν ἀμήχανοι· οὐ δέ τις ἀλκὴ
πήματος· ἀλλ' αὔτως φλέγει ἔμπεδον,

1) Praeter Apollonium, e quo sua hausit Apollod. I 9, 1, illud nomen memorant Herodorus (ap. schol. Ap. Rh. II 1122) et scriptor Arg. Orph. 797. 865. et Hyginus fab. 3. 14. 21.

2) 'Bei Apollonius merkt man wenigstens die Absicht, in dem zwiespältigen Charakter der Medea beide Seiten hervortreten zu lassen.' Rohde p. 105.

3) Optimo iure Kalkmann ('de Eur. Hippol.' p. 108) animadvertit eius rationis, qua puellae amantes de variis consiliis secum loquentes finguntur et ab alexandrinis et a romanis poetis, prima exempla dedisse Euripidem ῥηματίοις q. d. δικανικοῖς (cf. etiam Rohde p. 129 adn.). Ceterum vide ipsa verba Medeae Ov. met. VII 19 sq. — Libentissime autem sine dubio assentiaris Rohdio, qui de ratione inter Medeae mores ab Apollonio et ab Ovidio descriptos intercedente haec dicit: 'Wie viel inniger und tiefer ist die Darstellung des griechischen Dichters im Vergleich mit dem aufgeregten Rhetorenpathos der ovidischen Heldin' (p. 128 adn. 1).

apud Ov. v. 19 sqq.:

'sed gravat invitam nova vis. aliudque cupido,
mens aliud suadet. video meliora proboque
deteriora sequor'.

ɘinde de terrore et de nuptiis, quas cum Iasone se inituram ɜe sperat, dicit Ap. v. 637 sqq.:

δείδια, μὴ μέγα δή τι φέρῃ κακὸν ἥδε κέλευθος
ἡρώων. περί μοι ξείνῳ φρένες ἠερέθονται.
μνάσθω ἑὸν κατὰ δῆμον Ἀχαιΐδα τηλόθι κούρην·
ἄμμι δὲ παρθενίῃ τε μέλοι καὶ δῶμα τοκήων,

Ov. v. 16 sq.:

'quae tanti causa timoris?
excute virgineo conceptas pectore flammas',

v. 21 sq.:

'quid in hospite, regia virgo,
ureris et thalamos alieni concipis orbis?'

ım ut amatus e certamine periculoso sospes discedat, ipsa ıcere vult Ap. v. 786 sq.:

ἐρρέτω ἀγλαΐη· ὁ δ' ἐμῇ ἰότητι σαωθείς
ἀσκηθής, ἵνα οἱ θυμῷ φίλον, ἔνθα νέοιτο,

Ov. v. 37 sq.:

'di meliora velint. quamquam non ista precanda,
sed facienda mihi' (adde v. 24 sq.).

d si illi subsidium ferat, prodi a se parentes reputat). v. 793 sqq.:

καί κέν με διὰ στόματος φορέουσαι
Κολχίδες ἄλλυδις ἄλλαι ἀεικέα μωμήσονται·
ἥτις κηδομένη τόσον ἀνέρος ἀλλοδαποῖο
κάτθανεν, ἥτις δῶμα καὶ οὓς ᾔσχυνε τοκῆας
μαργοσύνῃ εἴξασα. τί δ' οὐκ ἐμὸν ἔσσεται αἶσχος;

Ov. v. 38 sq.:

'prodamne ego regna parentis,
atque ope nescio quis servabitur advena nostra?',

v. 51 sq.:

'ergo ego germanam fratremque patremque deosque
et natale solum ventis ablata relinquam?'.

Denique conferantur, quae Apollonius de Medea propter Iason pulchritudinem amore inflammata loquitur v. 453 sqq.:

ἔτι οἱ ἰνδάλλετο πάντα,
αὐτός θ' οἷος ἔην, οἵοισί τε φάρεσιν ἕστο,
οἷά τ' ἔειφ', ὥς θ' ἕζετ' ἐπὶ θρόνου, ὥς τε θύραζε
ἤιεν· οὐ δέ τιν' ἄλλον ὀίσσατο πορφύρουσα
ἔμμεναι ἀνέρα τοῖον· ἐν οὔασι δ' αἰὲν ὀρώρει
αὐδή τε μῦθοί τε μελίφρονες, οὓς ἀγόρευσεν,

quaeque ipsam disputantem inducit Ovidius v. 26 sqq.:

'quem nisi crudelem non tangat Iasonis aetas
et genus et virtus? quem non, ut cetera desint,
ore movere potest? certe mea pectora movit'

(cf. v. 43 sqq.). At inter Graecos quanta gloria fruitui quantos honores adeptura sit, puella cogitat apud Ovidiu v. 48 sqq.:

'pelle moram! tibi se semper debebit Iason,
te face sollemni iunget sibi, perque Pelasgas
servatrix urbes matrum celebrabere turba'

et v. 56 sqq.:

'magna sequar: titulum servatae pubis Achivae,
notitiamque loci melioris et oppida, quorum
hic quoque fama viget, cultusque artesque locorum;
quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis,
Aesoniden mutasse velim, quo coniuge felix
et dis cara ferar et vertice sidera tangam';

apud Apollonium idem fere Iason ipse profitetur v. 990 sqq

σοὶ δ' ἂν ἐγὼ τίσαιμι χάριν μετόπισθεν ἀρωγῆς,
ἣ θέμις, ὡς ἐπέοικε διάνδιχα ναιετάοντας,
οὔνομα καὶ καλὸν τεύχων κλέος· ὣς δὲ καὶ ὧλλοι
ἥρωες κλήσουσιν ἐς Ἑλλάδα νοστήσαντες
ἡρώων τ' ἄλοχοι καὶ μητέρες, αἵ νύ που ἤδη
ἡμέας ἠιόνεσσιν ἐφεζόμεναι γοάουσιν,

et v. 1122 sqq.:

εἰ δέ κεν ἤθεα κεῖνα καὶ Ἑλλάδα γαῖαν ἵκηαι,
τιμήεσσα γυναιξὶ καὶ ἀνδράσιν αἰδοίη τε

ἔσσεαι· οἵ δέ σε πάγχυ θεὸν ὣς πορσανέουσιν,
οὕνεκα τῶν μὲν παῖδες ὑπότροποι οἴκαδ' ἵκοντο
σῇ βουλῇ κτλ.
ἡμέτερον δὲ λέχος θαλάμοις ἔνι κουριδίοισιν
πορσυνέεις. —

Sed in eo, quod argumentis omnibus circumspectis perficere Medeae deliberatum est, Apollonius et Ovidius — certe in mētam. narratione — inter sese discrepant: ille enim Medeam, quid capiat consilii, initio incertam atque ut ea ipsa nocte mortem obeat optantem, post ut iuveni amatissimo opem salutemque praestet, ab Iunone moneri aptissime ex epicorum poetarum more fingit; apud hunc puella, ut amoris monitum sequatur, a se impetrare non potest, sed quia Iasone clam adiuto et conservato nefas impiumque crimen adversus parentes inscios se concepturam esse sibi persuasit, amoris voluntate oppressa de conatu denique desistit his verbis (v. 70 sq.):

'quin aspice, quantum
aggrediare nefas, et dum licet effuge crimen',

quibus poeta suaviter haec addit:

'dixit et ante oculos rectum pietasque pudorque
constiterant, et victa dabat iam terga Cupido'.

Quae cum ita sint, quod Medea Iasonem postea in Hecataeo silva convenit, apud Ovidium in metam. plus valere patet quam apud Apollonium.[1]) Namque tum demum, cum iuvenem intueatur praesentem, novo eius et vehementiore amore capta supplicibusque verbis commota sententiam celeriter mutat eique sese adfuturam esse promittit. Contra in epistula XII, in qua poetam magis ab Apollonii partibus stare videmus, res eadem sic exponitur, ut consilium a Medea iam ante initum colloquio cum Iasone habito confirmetur. Itaque cum Medeae ingenium, quale in metam. explicatur, multo appareat τραγικώτερον, mirum videtur, quod poeta in epistula non idem finxit. Etenim si Medea etiam in hac precibus sororis praetermissis amoris tan-

[1]) Nec tamen Ovidius, etsi hoc mutavit, Medeae mores alios effingit atque Apollonius, qui et ipse puellam haesitantem minimeque ad parentum pietatem laedendam propensam facit. Cf. quae de Apollonii Medea disputat Weichert 'Über Leben und Gedicht des Ap. v. Rh.' p. 354 sq.

tum vi devictam Iasoni auxilium sese tulisse profiteretur, aliquanto plura et maiora inter eam et iuvenem intercederent officia desertaque amatori facinus aliquanto turpius exprobrare posset. Meministi enim exempli Hypsipylae, quam item primum invitam, deinde amore Iasonis incendi, non sicut Apollonius nutrici ut hospites exciperet hortatae obsequentem Ovidius facit.

Sed hac quaestione iam missa transeamus ad fabulae partem proximam, qua *Medea cum Iasone colloquium fecisse* traditur: locum autem, in quem illi convenerunt, Ovidius hoc modo describit met. v. 74 sq.:

'ibat ad antiquas Hecates Perseidos [1]) aras,
quas nemus umbrosum secretaque silva tegebat'

copiosiusque Medea illustrat ep. XII 67 sqq.:

'est nemus et piceis et frondibus ilicis atrum,
vix illuc radiis solis adire licet. [2])
sunt in eo — fuerant certe — delubra Dianae,
aurea barbarica stat dea facta manu'.

Similiter Apollonius Medeam dicit Ἑκάτης ἱερὸν μετὰ νηὸν ἰοῦσαν (v. 915) et loci naturam depingit v. 927 sq.:

ἔσκε δέ τις πεδίοιο κατὰ στίβον ἐγγύθι νηοῦ
αἴγειρος φύλλοισιν ἀπειρεσίοις κομόωσα.

Ibi igitur Medeam, simulac Iasonem appropinquantem conspexit, denuo amore capi Ovidius narrat met. v. 76 sqq.:

'et iam fortis erat pulsusque recesserat ardor,
cum videt Aesoniden, extinctaque flamma revixit:
erubuere genae totoque recanduit ore,
utque solet ventis alimenta adsumere, quaeque
parva sub inducta latuit scintilla favilla
crescere et in veteres agitata resurgere vires:
sic iam lentus amor, iam quem languere putares,
ut vidit iuvenem, specie praesentis inarsit'.

Quibus versibus rhetorice amplificatis certe respicit, quae Apollonius de Medea Iasoni occurrente profert v. 960 sqq.:

[1]) Ἑκάτη Περσηίς etiam Ap. III 1035.
[2]) Item illa silva ab Apollonio dicitur πολύσκιος (IV 166).

ὣς ἄρα τῇ καλὸς μὲν ἐπήλυθεν εἰςοράασθαι
Αἰσονίδης, κάματον δὲ δυςίμερον ὦρσε φαανθείς.
ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη στηθέων πέσεν, ὄμματα δ' αὔτως
ἤχλυσεν, θερμὸν δὲ παρηίδας εἷλεν ἔρευθος.

Neque huic poeta alexandrinus ex aequalium more deesse potest occasioni Aesonidae formositatis iterum iterumque premendae; cf. v. 919 sqq.:

ἔνθ' οὔπω τις τοῖος ἐπὶ προτέρων γένετ' ἀνδρῶν,
οὔθ' ὅσοι ἐξ αὐτοῖο Διὸς γένος, οὔθ' ὅσοι ἄλλων
ἀθανάτων ἥρωες ἀφ' αἵματος ἐβλάστησαν,
οἷον Ἰήσονα θῆκε Διὸς δάμαρ ἤματι κείνῳ
ἠμὲν ἐσάντα ἰδεῖν ἠδὲ προτιμυθήσασθαι·

nec non Naso eandem leviter tangit v. 84 sq.:

'et casu solito formosior Aesone natus
illa luce fuit, — posses ignoscere amanti',

et huc spectant etiam Medeae verba ep. XII 11 sq.:

'cur mihi plus aequo flavi placuere capilli
et decor et linguae gratia ficta tuae'.

Ipsos autem Iasonis flavos capillos [1]) Apollonius memorat v. 1017 (ἀπὸ ξανθοῖο καρήατος Αἰσονίδαο | στράπτεν Ἔρως ἡδεῖαν ἀπὸ φλόγα).

Praeterea Ovidius versibus, quos de Medea dicere pergit met. v. 86 sqq.:

'spectat et in vultu veluti tum denique viso
lumina fixa tenet nec se mortalia demens
ora videre putat, nec se declinat ab illo',

ad puellam aptissime revocat, quae Apollonius de ea et Iasone profert v. 1022 sqq.:

ἄμφω δ' ἄλλοτε μέν τε κατ' οὔδεος ὄμματ' ἔρειδον
αἰδόμενοι, ὁτὲ δ' αὖτις ἐπὶ σφίσι βάλλον ὀπωπάς
ἱμερόεν φαιδρῇσιν ὑπ' ὀφρύσι μειδιόωντες (adde v. 1008 sqq.).

Prior autem, ut in Apollinii poemate, Iason verba facere incipit (ep. XII 72) et quae locutus est, Naso ut summatim in metam.

[1]) Flavi capilli a poetis et hellenistis et romanis, cum pulcherrimi haberentur, saepe laudibus efferebantur: cf. Rohde p. 153 adn. 3.

absolvit, ita fusius Medeam referentem inducit ep. XII 73 sqq., quos versus ad Apollonii exemplum confectos esse iamiam videbimus. Sed praemonendum est Ovidium eis, quae in exemplari graeco Iason pluribus persequitur locis, brevitatis causa felicissime ita uti, ut in unum sermonem coartentur. Primum igitur Aesonides puellae misericordia implorata 'auxilium summissa voce rogavit' [1]) his verbis ep. XII 73 sqq.:

'ius tibi et arbitrium nostrae fortuna salutis
tradidit inque tua est vitaque morsque manu.
perdere posse sat est, si quem iuvat ipsa potestas;
sed tibi servatus *gloria* maior ero.
per mala nostra precor, quorum potes esse levamen,
per *genus* et numen cuncta videntis *avi*,
per triplices vultus arcanaque *sacra Dianae*,
et si forte aliquos gens habet ista deos:
o virgo, miserere mei, miserere meorum,
effice me meritis tempus in omne tuum'.

Ex Apollonio in comparationem vocari possunt hi versus: cum sententia v. 76 praeter v. 1005 sq. et 1122 sqq. conferantur v. 990 sqq.:

σοὶ δ' ἂν ἐγὼ τίσαιμι χάριν μετόπισθεν ἀρωγῆς,
ἣ θέμις, ὡς ἐπέοικε διάνδιχα ναιετάοντας
οὔνομα καὶ καλὸν τεύχων κλέος.

Per numina autem Iason Ovidianus Medeam implorat Phoebi potissimum et Hecatae perque stirpem totam puellae et per pericula suscipienda, cui sententiae similis deprehenditur et met. v. 94 sqq.:

'per *sacra triformis*
ille *deae*, lucoque foret quod numen in illo,
perque *patrem soceri* cernentem cuncta futuri,
eventusque suos et tanta pericula iurat',

et in Apollonii poemate, ubi ille Medeae v. 985 sqq.:

[1]) Met. VII 90. coll. ep. XII 2. Maioris quam primo videatur obtutu ponderis est, quod hoc in sermone apud Ovidium Iason non, ut apud Apollonium (v. 983 sq.), Medeam ut fidem sorori iam datam persolvat adhortatur: nam Ovidio Iasonem, utpote qui illam fidem datam esse ignorans fingatur, multo magis suis de rebus desperantem inducere licet.

πρός σ' αὐτῆς Ἑκάτης μειλίσσομαι ἠδὲ τοκήων
καὶ Διός, ὃς ξείνοις ἱκέτῃσί τε χεῖρ' ὑπερίσχει.
ἀμφότερον δ' ἱκέτης ξεῖνός τέ τοι ἐνθάδ' ἱκάνω,
χρειοῖ ἀναγκαίῃ γουνούμενος. οὐ γὰρ ἄνευθεν
ὑμείων στονόεντος ὑπέρτερος ἔσσομ' ἀέθλου,

quorum versuum extremorum exemplo nescio an eae quoque debeantur sententiae, quas apud Ovidium Iason primo loco profitetur (v. 73—75).

Hic autem in Iasonis sermone incidendum nobis videtur: nam inter eos, quos adhuc tractavimus (v. 73—82), et versus sermonis sequentes interponi cogitandum est, quae Medeam illi dixisse Ovidius in metam. narrat v. 91 sqq.:

'lacrimis ait illa profusis:
quid faciam, vides; nec me ignorantia veri
decipiet, sed amor: servabere munere nostro;
servatus promissa dato';

itemque Apollonius puellam omnia permultis cum lacrimis disputantem facit (cf. v. 1064. 1118), quamquam ipsa quae Medea Iasoni respondet, multo uberius persequitur Ovidio, qui Medeae amorem animique affectus hic minime tanta arte exponit quanta poeta graecus (cf. v. 1008—1145 passim).

Tum Iason Medeae spem affert coniugii futuri ep. XII 83 sqq.:

,quod si forte virum non dedignare Pelasgum —
sed mihi tam faciles unde meosque deos? —
spiritus ante meum tenues vanescat in auras,
quam thalamo nisi tu, nupta sit ulla meo',

('promisitque torum' brevissime met. v. 91).

Quae aperte delibata sunt ex Ap. v. 1128 sqq.:

ἡμέτερον δὲ λέχος θαλάμοις ἔνι κουριδίοισιν
πορσυνέεις· οὐδ' ἄμμε διακρινέει φιλότητος
ἄλλο, πάρος θάνατόν γε μεμορμένον ἀμφικαλύψαι,

quae promissa ut perficiat, Iason iureiurando ac fide se obstringit apud Nasonem proximo disticho v. 87 sq.:

'conscia sit Iuno sacris praefecta maritis
et dea, marmorea cuius in aede sumus',

et similiter apud Apollonium, praeterquam quod laboribus mandatis iam perfunctus illa profert IV 95 sqq.:

δαιμονίη, Ζεὺς αὐτὸς Ὀλύμπιος ὅρκιος ἔστω,
Ἥρη τε Ζυγίη, Διὸς εὐνέτις, ἦ μὲν ἐμοῖσιν
κουριδίην σε δόμοισιν ἐνιστήσεσθαι ἄκοιτιν,
εὖτ' ἂν ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἱκώμεθα νοστήσαντες.

Denique cum eis, quae apud Ovidium Medea pollicitatione Iasonis audita disputat v. 89 sqq.:

'haec animum — et quota pars haec sunt? — movere puellae
simplicis et dextrae dextera iuncta meae.
vidi etiam lacrimas: an et ars[1]) est fraudis in illis?
sic cito sum verbis capta puella tuis',

conferri licet Apollonii varios locos, velut IV 99 (de Iasone):

ὣς ηὔδα καὶ χεῖρα παρασχεδὸν ἤραρε χειρὶ δεξιτερήν,

et III 1140 sq. (de Medea):

τέρπετο γάρ οἱ
θυμὸς ὁμῶς μορφῇ τε καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι
(adde v. 974. 1008. 1102. 1146.).

Nec tamen usquam a poeta graeco traditur Iason lacrimas effudisse, quoniam illum semper id spectare, ut Iasonem summa ducis constantia ac virtute, non amatoris molli ingenio praeditum effingat, iam ex Hypsipylae historia didicimus. Itaque Ovidium illud de suo addidisse credibile est, quo magis anxium supplicemque Iasonem redderet et Medeam maioribus laudibus merita sua faceret praedicantem.

Studet vero poeta, etsi consilio rei rhetorice exornandae nimio inductus altera ex parte nimius fere est — veluti in Iasonis verbis proferendis —, ut non sine ullo iure dici possit garrulus, ex altera tamen tantae brevitati, ut quaedam paene silentio praetereat: quod quam verum sit, etiam ex hoc loco satis fit perspicuum, ubi Medea nullum facit verbum de herbis veneficis Iasoni datis; sed quid acciderit, suspicari tantum nobis licet inde, quod iuvenis precibus et promissis capta esse dicitur. Itaque hic ad metam recurramus necesse est. Versus autem

---

[1]) Plane astipulamur Sedlmayero, qui hanc emendationem pro codicum lectione 'an pars' proposuit.

92 epistulae XII quid sibi velit, fusius exponitur met. v. 98 sq.: (Iason)

> 'creditus accepit cantatas protinus herbas
> edidicitque usum laetusque in tecta recessit',

quo disticho poeta respicit cum quae Apollonius refert v. 1013: προπρὸ δ' ἀφειδήσασα θυώδεος ἔξελε μίτρης φάρμακον, et verba quibus apud eundem Medea Iasonem usum herbarum docet v. 1026 sqq., tum v. 1147 sq.:

> μετὰ δ' αὖτε διέτμαγον· ἤτοι Ἰήσων
> εἰς ἑτάρους καὶ νῆα κεχαρμένος ὦρτο νέεσθαι.

Sed facile tibi persuadeas alterum cum altero eo discrepare, quod Ovidius Iasonem in tecta quaedam, ad navem sociosque Apollonius reducit. Et est hoc sane memoria dignum. Rectissime autem hunc qualemqunque dissensum Haupt his explicat: 'in tecta giebt keinen Anstoss, da die Vorstellung, dass Iason bei Aeetes Herberge gefunden habe, ebenso passend ist': quamquam ex ep. XII 29, quem locum ille affert, vel trist. III 9, 12, ubi Medea Iasonem hospitem appellat, hunc dum in Colchide versatur in domo regia habitasse certe concludi nequit.

Sed iam adest dies, quo Iasoni *labores ab Aeeta imperati* perficiendi sunt.[1] Ac ne hic quidem Ovidius, quomodo ille Medeae iussu ad certamen suscipiendum sese paraverit (cf. Ap. v. 1201 sqq.), narrando evagatur, verum statim nos ducit medias in res: in metam. igitur, priusquam ad Iasonis facta ipsa transeat, pauca praefatur v. 100 sqq.:

> 'postera depulerat stellas aurora micantes:
> conveniunt populi sacrum Mavortis in arvum
> consistuntque iugis; medio rex ipse resedit
> agmine purpureus sceptroque insignis eburno'.

Matutinis autem temporibus certamen institutum esse etiam Apollonius dicit v. 1223 sq.:

> ἤδη δὲ φόως νιφόεντος ὕπερθεν
> Καυκάσου ἠριγενὴς Ἠὼς βάλεν ἀντέλλουσα

coll. v. 1171 et 1191 sqq.; idemque Colchorum populum in Martis campum concurrisse ibique in collibus sedisse narrat

[1]) Paucis eosdem Euripides persequitur Med. 478 sqq.

et v. 1239: σὺν δέ σφιν (cum rege) ἀπείριτος ἔσσυτο λαός (adde v. 1270) et v. 1275 sqq.: (Argonautae)

τέτμον δ' Αἰήτην τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κόλχων
τοὺς μὲν Καυκασίοισιν ἐφεσταότας σκοπέλοισιν,
τὸν δ' αὐτοῦ παρὰ χεῖλος ἑλισσόμενον ποταμοῖο.

Rex ipse omnibus armis indutus est apud Apollonium (v. 1225 sqq.) chitone et sceptro ornatus hic illic in anaglyphis fingitur.[1])

Age nunc animum ad eos convertamus locos, quibus Iasonis certamen ipsum proponitur. Quam fabulae partem certe gravissimam Ovidius tantopere videtur in deliciis habuisse, ut eam ubicunque occasio data erat, explicaret.[2])

Primus[3]) igitur locus est dicendi *de tauris domitis:* quos Martis fuisse sacros testatur Ovidius ep. XII 41. VI 10; et Apollonius, quamvis planis non profiteatur verbis, eo saltem indicat, quod eos in campo Martio esse dicit v. 409 (πεδίον τὸ Ἀρήϊον ἀμφινέμονται). Qui cum a Vulcano facti essent (cf. Ap. v. 230), 'aeripedes' erant, quo vocabulo Ovidius (ep. XII 93. 43. met. v. 105) interpretatur Apollonianum χαλκόποδες (v. 230. 410). Nec vero parcit poeta verbis, quibus eos ignem naribus efflantes depingat. Longissimus est met. v. 104 sqq.:

'ecce adamanteis volcanum naribus efflant
aeripedes tauri, tectaeque vaporibus herbae
ardent; utque solent pleni resonare camini,
aut ubi terrena silices fornace soluti
concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum:
pectora sic intus clausas volventia flammas
gutturaque usta sonant' (adde ep. XII 42).

Minus rhetorice eandem rem Apollonius exponit v. 1291 sq.:
(e stabulis, quae erant) λιγνυόεντι πέριξ εἰλυμένα καπνῷ,
ἄμφω ὁμοῦ προγένοντο πυρὸς σέλας ἀμπνείοντες,

[1]) De his omnino conf. Baumeister 'Denkm.' s. v. Medea. Pyl 'de Medeae fabula part. II', diss. Berol. 1850. O. Jahn in Archaeol. Zeitung XXIV (1866) p. 233 sqq.

[2]) Nulla ratio est habenda ep. VI versuum 31—38, quos interpolatori tribuendos esse post Merkelium Palmerum Riesium recte comprobavit Peters 'observationes ad P. Ovidi Nasonis heroid. epist.' diss. Gotting. 1882 p. 23.

[3]) Sequimur eum potissimum ordinem, quo singula in metam. enarrantur, quia hic omnia collecta, in ep. XII et VI variis locis dissipata legimus.

ımquam illud quoque simile, quo Ovidius utitur v. 106 sqq., ıcis mutatis ad graecum exemplar videtur expressum esse, Ap. v. 1299 sqq.:

ὡς δ' ὅτ' ἐνὶ τρητοῖσιν ἐύρρινοι χοάνοισιν
φῦσαι χαλκήων ὁτὲ μέν τ' ἀναμαιμάουσιν,
πῦρ ὀλοὸν πιμπρᾶσαι, ὅτ' αὖ λήγουσιν ἀϋτμῆς,
δεινὸς δ' ἐξ αὖ τοῦ πέλεται βρόμος, ὁππότ' ἀίξῃ
νειόθεν· ὣς ἄρα τώγε θοὴν φλόγα φυσιόωντες (cf. v. 410)
ἐκ στομάτων ὁμάδευν, τὸν δ' ἄμφεπε δήιον αἶθος
βάλλον ἅτε στεροπή.

e naribus autem eorum adamanteis sermo est apud Apollonium v. 230 sq.: χαλκέα δέ σφεων | ἦν στόματ', ἐκ δὲ πυρὸς ·ινὸν σέλας ἀμπνείεσκον, quas Naso fusius describit ep. XII 43 sq.:

'praetentaque naribus aera
nigra per afflatus haec quoque facta suos'.[1])

ec tamen metu perculsus 'illis Aesone natus
obvius it. vertere truces venientis ad ora
terribiles vultus praefixaque cornua ferro
pulvereumque solum pede pulsavere bisulco
fumificisque locum mugitibus impleverunt.
deriguere metu Minyae; subit ille nec ignes
sentit anhelatos — tantum medicamina possunt',

ıibuscum versibus (met. v. 110 sqq. adde ep. XII 59. 163. 15) tissime compares Apollonianos cum v. 1286: (Iason) χρίμψε ἔπειτα κιών, tum v. 1289 sqq. (de tauris):

οἱ δ' ἔκποθεν ἀφράστοιο
κευθμῶνος χθονίου, ἵνα τέ σφισιν ἔσκε βόαυλα
καρτερὰ λιγνυόεντι πέριξ εἰλυμένα καπνῷ
ἄμφω ὁμοῦ προγένοντο πυρὸς σέλας ἀμπνείοντες·
ἔδδεισαν δ' ἥρωες, ὅπως ἴδον. αὐτὰρ ὁ τούςγε
εὖ διαβὰς ἐπιόντας, ἅτε σπιλὰς εἰν ἁλὶ πέτρῃ,
μίμνεν, ἀπειρεσίῃσι δονεύμενα κύματ' ἀέλλαις.

---

[1]) 'ora usta' vocantur ep. XII 16, ubi pro tradita lectione 'oraque adunca ıum' cum Birtio (l. l. p. 858) scribendum est 'oraque ad usta boum': ivit ıim Iason in anhelatos ignes (v. 15) et ad ora boum.

πρόσθε δέ οἱ σάκος ἔσχεν ἐναντίον· οἱ δέ μιν ἄμφω
μυκηθμῷ κρατεροῖσιν ἐνέπληξαν κεράεσσιν,

et v. 1305: κούρης δέ ἑ φάρμακ' ἔρυτο.

Nec quin etiam in sequentibus Ovidius Apollonium, quamvis libere, secutus sit, dubitari licet, si in comparationem vocantur met. v. 117 sqq.:

> 'pendulaque audaci mulcet palearia dextra
> suppositosque iugo pondus grave cogit aratri
> ducere et insuetum ferro proscindere campum',

quibus adde ep. XII 93 sq.:

> 'iungis et aeripedes inadusto corpore tauros
> et solidam iusso vomere findis[1]) humum'

et Apollonii v. 1306—1332, quibus quomodo Iason tauros sub iugum coegerit uberrime exponitur. Ultimi vero, quem exscripsimus, ep. XII loci sententia sine dubio sumpta est praecipue ex eis, quae Iasoni Aeetam mandasse Apollonius narrat v. 411 sq.:

> τοὺς ἐλάω ζεύξας στυφελὴν κατὰ νειὸν Ἄρηος
> τετράγυον, τὴν αἶψα ταμὼν ἐπὶ τέλσον ἀρότρῳ κτλ.
> (cf. v. 1053).

Quod cum vidissent, Colchos miratione obstupefactos esse, Argonautas ducis animum confirmasse item tradunt Apollonius v. 1314: θαύμασε δ' Αἰήτης σθένος ἀνέρος atque v. 1347 sq.: ἀμφὶ δ' ἑταῖροι | θάρσυνον μύθοισιν (sc. Iasonem), et Ovidius met. v. 120 sq.:

> 'mirantur Colchi, Minyae clamoribus augent
> adiciuntque animos'.

Tauris autem perdomitis Iasoni suscipiendum erat *alterum periculum:* ac

> 'galea tum sumit aena
> vipereos dentes et aratos spargit in agros' (met. v. 121 sq.),

idemque Medea respicit ep. XII 95:

> 'arva venenatis pro semine dentibus imples'.

[1]) Hanc scripturam, etsi quis verborum similitudine, quam inter huius narrationis locos metamorphoseon et epistularum plus semel intercedere vidimus, adductus hic propter met. v. 119 deteriorum librorum lectionem 'scindis' an praeferat haesitare potest, tamen ut rectam iam Burmannus et Loersius defenderunt.

Has sententias poeta haud dubie mutuatus est ex Apollonii v. 1321 sq.: γέντο θοῶν ἔμπλειον ὀδόντων | πήληκα βριαρήν. Vipereos autem fuisse dentes Apollonius ipsum Aeetam Iasoni dicentem facit v. 498 (ἐξ ὄφιος γενύων σπόρος, cf. v. 1028. 1055); omninoque de eorum origine vide v. 1177 sqq., cuius etiam Ovidius eo videtur rationem habuisse quod dentes vocat venenatos (ep. XII 95) vel valido veneno praetinctos (met. v. 123): anguis enim Martii, quem Cadmus olim occidisse fertur, 'corpus tumuit omne veneno' (met. III 33).

Sed quomodo ex eis heroes orti sint, Ovidius ipse met. v. 123—130 multis verbis exponit, minus copiose loquentem inducit Medeam ep. XII 96:

'nascitur et gladios scutaque miles habet'

(adde Hypsipylae verba ep. VI 11), quorum summa fluxit ex Apollonii v. 1354 sqq.:

οἱ δ' ἤδη κατὰ πᾶσαν ἀνασταχύεσκον ἄρουραν
γηγενέες· φρίξεν δὲ πέρι στιβαροῖς σακέεσσιν
δούρασί τ' ἀμφιγύοις κορύθεσσί τε λαμπομένῃσιν
Ἄρηος τέμενος φθισιμβρότου.

Proximis Ovidius rem magis quam Apollonius amplificat, cum heroibus e terra natis Iasonemque aggressis et Argonautas et Medeam in summum timorem venisse narret. Quod non solum ipse met. v. 131 sqq. fusius persequitur, sed optime ipsam quoque puellam in epistula (v. 47 sq. 97 sq.) proferentem fingit, quoniam sic Medeae cura quanta fuerit in memoriam Iasonis perfidi iterum iterumque reducitur. Contra Apollonius statim proponit, quae Aesonides perfecerit. Qua in re rursus inveniuntur similitudines inter eius Nasonisque narrationem: a Medea enim ante iussus (cf. Ap. v. 1052 sqq.)

'ille gravem medios silicem iaculatus in hostes
a se depulsum Martem convertit in ipsos' (met. v. 139 sq.),

quod eodem fere modo Apollonius describit v. 1365:

λάζετο δ' ἐκ πεδίοιο μέγαν περιηγέα πέτρον

et v. 1368:

τόν ῥ' ἀνὰ χεῖρα λαβὼν μάλα τηλόθεν ἔμβαλε μέσσοις | ἀΐξας.[1])

[1]) Ceterum eo, quod heroum 'hastas praeacutae cuspidis' memorat v. 131 nescio an Ovidius interpretetur Apollonii vocabulum ἀκωκαί v. 1047.

Quo facto heroes in certamen acerrimum adducti ipsi se interficiunt, id quod simillime refert et poeta ipse met. v. 141 sq.:

'terrigenae pereunt per mutua vulnera fratres
civilique cadunt acie',

et Medea ep. XII 99 sq.:

'terrigenae[1] — facinus mirabile — fratres
inter se strictas conseruere manus',

quibus adiungas, quod Hypsipyle scribit heroes 'in necem dextra non eguisse tua' (ep. VI 12). Statuendum sane est Nasonem hic non omnia cum Apollonio congruentia narrare: is enim illos non solum caede mutua necari, verum etiam ab Iasone occidi fingit (v. 1373 sqq.). Nec tamen tantum apparet discrimen, ut hoc ex eodem fonte profectum esse neges.

Denique quae met. v. 142 sqq. de Achivis Medeaque valde gavisis produnter, Ovidium ut narrationem dicendo augeret de suo inseruisse iam non infitiaberis, si versus cum 115 et 120, tum 133 sqq., quibus item affectus Medeae et Argonautarum describuntur, ut tota res vividiore modo illustraretur, interpositos esse tibi persuaseris. Et simillimo exornandi consilio Ovidius de Medea addit v. 144 sqq.:

'tu quoque victorem complecti, barbara, velles:
obstitit incepto pudor. at complexa fuisses;
sed te ne faceres tenuit reverentia famae'.

Hic autem et aliis locis (cf. etiam ep. VI 81), ubi poeta eo procedit, ut Medeam vocantem faciat barbaram vel patriam (met. v. 53) vel se ipsam (ep. XII 105. adde v. 70), puellam a Graecorum partibus stare indicatur (cf. etiam Eur. Med. 256. 536. 591).

Iam comitemur Iasonem *postremo labore* perfungentem. Ac videmus poetam hic quoque maximae studere brevitati narrationis: neque enim mentionem facit Aeetae, qui cum in urbem redisset, in Colchorum nobilissimorum contione suspicatus est Iasonem tanta pericula non sine aliquo auxilio suscepisse, nec Medeam memorat proxima nocte domo ad Argo navem properasse eaque cum Iasone, qui vellere aureo potiretur, in nemus sacrum

[1]) = γηγενεῖς Ap. v. 1048. 1347. 1355 al. Γίγαντες v. 1054.

ectam esse — quae Apollonius cum grata quadam verborum vertate ac copia libro III exeunte et IV ineunte ante oculos onit —: immo sine ulla mora medias in res rapimur his verbis net. v. 149):

'pervigilem superest herbis sopire draconem'.

ocabulo autem 'pervigil' (cf. ep. VI 13 XII 60) vel 'insopor' p. XII 101) vel 'insopitus' (met. v. 36) addito Ovidius respicit ὑπνους ὀφθαλμούς, quibus anguem Medeam Iasonemque aspexisse pollonius dicit IV 128; et anguem 'avidum' vocans (met. v. 31) udelitatem eius et rapacitatem significat, qualis ex Apollonio erspicua fit, qui de dracone Iasonem vidente haec IV 154 sq.:

ὑψοῦ σμερδαλέην κεφαλὴν μενέαινεν ἀείρας
ἀμφοτέρους ὀλοῇσι περιπτύξαι γενύεσσιν.

Draco autem qualis fuerit duobus depingitur locis Ovidianis, iorum alter legitur met. v. 150 sq.:

'qui crista linguisque tribus praesignis et uncis
dentibus horrendus custos erat arboris aureae',

ter est ep. XII 101 sq.:

'squamis crepitantibus horrens
sibilat et toto corpore verrit humum',

i delibati sunt ex Apollonianis IV 127 sqq.:

αὐτὰρ ὃ ἀντικρὺ περιμήκεα τείνετο δειρήν
ὀξὺς ἀύπνοισι προϊδὼν ὄφις ὀφθαλμοῖσιν
νισσομένους, ῥοίζει δὲ πελώριον κτλ.,

v. 143 sq.:

ὣς τότε κεῖνο πέλωρον ἀπειρεσίας ἐλέλιξεν
ῥυμβόνας ἀζαλέῃσιν ἐπηρεφέας φολίδεσσιν.

ec non versus, quibus Ovidius, quomodo anguis a Medea conpitus sit, explicat met. v. 152 sqq.:

'hunc postquam sparsit Lethaei gramine suci
verbaque ter dixit placidos facientia somnos,
quae mare turbatum, quae concita flumina sistunt,
somnus in ignotos oculos sibi venit' (adde ep. XII 107)

beri patet exemplo Apollonii v. 156 sqq. (de Medea):

ἡ δέ μιν ἀρκεύθοιο νέον τετμηότι θαλλῷ
βάπτουσ' ἐκ κυκεῶνος ἀκήρατα φάρμακ' ἀοιδαῖς
ῥαῖνε κατ' ὀφθαλμῶν· περί τ' ἀμφί τε νήριτος ὀδμὴ
φαρμάκου ὕπνον ἔβαλλε.

Praeterea cum sententia v. 154 Ovidii aptissime locus comparatur, ubi de Medeae arte magica sermo est, Ap. III 531 sq.:

τοῖσι (sc. φαρμάκοις) καὶ ἀκαμάτοιο πυρὸς μειλίσσετ' ἀυτμὴν
καὶ ποταμοὺς ἵστησιν ἄφαρ κελαδεινὰ ῥέοντας.[1])

Vellus denique aureum Iasonem rapuisse Naso paucis indicat met. v. 156 et ep. VI 14; optime autem in ep. XII Medeam fingit iterum profitentem suo auxilio, ut ille spolio potiretur, effectum esse v. 108:

'et tibi, quae raperes, vellera tuta dedi',

eandemque sententiam Apollonius premit IV 162 sqq.:

ἔνθα δ' ὁ μὲν χρύσειον ἀπὸ δρυὸς αἴνυτο κῶας
κούρης κεκλομένης· ἡ δ' ἔμπεδον ἑστηυῖα
φαρμάκῳ ἔψηχεν θηρὸς κάρη.

His laboribus perfectis et vellere recuperato Iason cum Medea abducta quam celerrime navi aufugit. Neque inepte huc spectans Hero praeter Helenae exemplum etiam Medeae affert ep. XIX 175 sq.:

'ut semel intravit Colchos Pagasaeus Iason,
impositam celeri Phasida puppe tulit'.

Qui locus alia quoque de causa mentione perdignus videtur. Dubito enim an eo, quod Argo dicit celerem puppem, poeta non solum celeritatem fugae, sed etiam Argus nominis quam sibi finxerit etymologiam quodam modo significare videatur. Namque erant inter veteres, qui illud nomen derivarent e vocabulo ἀργός, quod voce ταχύς interpretabantur (cf. Diod. IV 41, 3). Ac fortasse etiam hic Ovidius Apollonium sequitur, qui et ipse semel Argo simpliciter dicit νῆα θοήν.[2])

Sed iam finis est faciendus huius dissertationis partis: ex eis autem, quae exposuimus, Ovidium in eis, quae de

[1]) Idem valuisse Medea dicitur met. VII 199 sq. et ep. VI 87, qui locus (v. 83 sqq. coll. ep. XII 163 sqq.) ideo mentione est dignus, quod de eius arte amoris veneficiis conciliandi sermo fit; de qua vide Hirschfeld 'de incantamentis et devinctionibus amatoriis apud Graecos Romanosque', diss. Regimont. 1863. Kalkmann 'de Hippol. Eurip.' p. 15 sqq. Mallet 'quaestiones Propertianae', diss. Gotting. 1882 p. 23.

[2]) IV 101. Cf. etiam Etym. Magn. s. v., Hyg. astr. II 37. Serv. ad Verg. ecl. 4, 34. Preller 'mythol. gr.' II³ p. 324 adn. 1.

Argonautarum itinere, certe de rebus et Lemni et in Colchide gestis profert, Apollonii vestigia quamvis libertati poeticae suoque ingenio indulgentem secutum esse iam nemo est qui infitietur.

His tamquam appendicis loco pauca subiungi liceat, quibus de primo facinore patria parentibusque relictis a Medea commisso agatur. Eam autem **caedem Apsyrti** fratris fuisse plerique tradunt scriptores. Nec non Ovidius praeter paucos exiguosque locos alios de illo facinore totum composuit carmen, quasi ἐπύλλιον, quod inseruit Tristium libro III (c. 9), ubi nominis Tomorum notissimum illud proponitur veriloquium. Quod non sua cogitatione eum sibi finxisse, verum e fonte aliquo didicisse et mutuatum esse per se veri simillimum fit et ex interpretatione ipsa et inde, quod ceteris quoque locis, ubi idem attingitur — pertinent autem huc ep. XII 113 sqq. VI 129. ib. 433 sq. met. VII 54 —, res iisdem fere verbis explicatur. Sed existit de illo fonte quaestio sane difficillima, quam ad certissimum exitum nos perducturos esse paene desperamus.

Praemonenda videntur haec: fabula de Apsyrti morte narrata a scriptoribus variis circumfertur modis. Alii enim eum, cum interficeretur, puerum vel, ut verius dicam, infantem fuisse tradunt, alii adulescentem. Atque horum clarissimus est Apollonius, qui IV 303—481 haec profert: altera pars Colchorum classis, quae Aeetae iussu Argonautas fugientes sectata est, ubi Ister in mare adriaticum profluit, fugitivorum iter retardat; Argonautis igitur navi ad insulam quandam Minervae sacram appulsa cum illis ita convenit, ut Medea, dum lites compositae sint, in deae templo ibi sito retineatur. Quo facto haec donis pulcherrimis Apsyrtum, Colchorum ducem, per dolum allicit ad templum, ubi ab Iasone occisus sepelitur: qua ex re insulae illae nomen ducunt Apsyrtidum (cf. etiam Strab. VII p. 315. Steph. Byz. s. v.). Ceteri autem dicunt Apsyrtum puerum a sorore necatum esse in Aeetae domo velut Sophocles in Colchidibus [1],

[1]) Cf. schol. Ap. Rh. IV 228. Welcker 'Trag. gr.' p. 333.

quem Euripides in Medea[1]) sequi videtur, — aut perhibent pueri a Medea domo abrepti et postea vel ab ea ipsa vel ab Argonautis occisi[2]) membra aut in Phaside fluvio aut in Ponti Euxini aequore dissipata esse.[3])

Denique ut ad Ovidium redeamus, is hanc de Apsyrto prodit fabellam: Argo navi ad terram Thraciam appulsa (cf. trist. III 9, 4. 10) Medea patrem appropinquantem de colle quodam prospexit (ibid. v. 11). Quo audito cum Iason eiusque socii magnum conciperent metum, fratrem, cuius nomen poeta non memorat, gladio percussit (ibid. v. 25 sq.). Puerum enim (cf. met. VII 54), qui propter aetatem nihil adversus sororem criminis contraxit (trist. l. l. 26), e domo patria secum abduxerat (ep. XII 113). Occisi autem fratris membra per agros dissipavit (trist. l. l. 27 sqq. ep. VI 129. Ib. 433). Quae reperta pater collegit (trist. v. 31 sq.); locus vero, ubi illud factum est, postea appellatus est Tomi (trist. v. 33 sq.).

Narrationem plane eandem scriptorum, qui de ea re egerunt, nemo profert neque omnino, num quis eam protulisset, certo videremus, nisi fortuna propitia accidisset, ut paucos versus de illa caede compositos apud Ciceronem traditos legeremus (de nat. deor. III 26, 67 = inc. inc. fab. fgm. XCIII R.); sunt autem hi:

'postquam pater
appropinquat iamque paene ut comprehendatur parat,
puerum interea obtruncat membraque articulatim dividit,
perque agros passim dispergit corpus: id ea gratia,
ut, dum nati dissupatos artus captaret parens,
ipsa interea effugeret, illum ut maeror tardaret sequi,
sibi salutem ut familiari pareret parricidio'.

Hoc fragmentum, etsi Cicero auctorem tacet, tamen e tragoedia ad Medeae historiam pertinente petitum esse manifestum

[1]) Cf. v. 166 sq. et 1334 sq., ubi Medea e domo patria nondum exisse nec navem conscendisse perspicue dicitur. Itaque cum παρέστιος vocabulo poetam ad ἑστίαν domus regiae spectare certum sit, iam nullum dubitandi ius erat scholiastae, qui ad v. 1334 adnotat: παρὰ γὰρ τὴν ἑστίαν καὶ τὸν βωμὸν ἀνεῖλε τὸν Ἄψυρτον, ἢ ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ὡς Ἀπολλώνιός φησιν, ἢ ἔποικον (fortasse ἔνοικον?) ἐν τῇ πατρίδι, ὡς Καλλίμαχος.

[2]) Haec varietas nota erat etiam scholiastae ad Eur. Med. 167.

[3]) Cf. Pherecyd. ap. schol Ap. Rh. IV 223. 228. Apollod. I 9, 24. Sen. Med. 131 sqq.

est: atque cum ad Ennii Medeam aut ad Medum Pacuvii referri non liceat, in Accii Medea locum tenuisse Ribbeck optimo iure contendit ('Tragoed. rom.' p. 535).

Sed quomodo versus ei fabulae interpositi fuerint, non sine aliqua difficultate diiudicari potest. Ipse Ribbeck scrupulos nobis exempturus est hac quaestione instituta: suspicatur (l. l. p. 534) poetam duos finxisse Aeetae filios; quorum alterum minorem neque ex eadem matre natum a sorore abductum et in fuga interfectum — ut fere Pherecydes et Ovidius tradunt —, alterum maiorem Argonautas secutum et ab Iasone occisum esse, id quod Apollonius narrat. Nec tamen veterum quisquam est, qui id testetur. Nam e verbis scholiastae, qui Aeetae filium non Apsyrtum, sed Metapontium a Dicaeogene in Medea fabula nominatum esse ad Eur. Med. 167 adnotat, nihil effici putaverim nisi Apsyrtum, unum Aeetae filium, in illa fabula alio ac solito nomine appellatum esse — qui utrum Medea maior an minor natu fuerit, in dubio relinquitur —, sicut ab aliis quoque scriptoribus Apsyrti nomen mutatum esse constat.[1]) Sophoclem vero, cuius vestigia Accium in Medea pressisse Ribbeck arbitratur, in Scythis fabula duos induxisse Aeetae filios nec propter fragmentorum tenuitatem satis certe contendi potest et, si eis quae de eius fabulae argumento instaurato Welcker probabiliter disseruit ('Trag. graec.' p. 337 sqq.), assentimur, parum videtur credibile. Is enim de Apsyrto tantum puerulo a sorore necato cogitat haec professus: 'Die Auflösung war notwendigerweise verschieden von der des Apollonius, wo Iason die Medea sofort beruhigt, indem er ihr entdeckt, dass sie nur Aufschub und Täuschung des Feindes beabsichtigen, dass er den Anführer (i. e. Apsyrtum) aus dem Wege zu räumen gedenke, ohne den weder die Verfolger noch die Umwohner die Argonauten angreifen würden, — und Medea ist denn sogleich zur Hinterlist gegen Apsyrtus bereit, dessen Ermordung gewiss nicht glücklich auf diese Art verlegt ist'. Quae Welckeri sententia multo fit veri similior eo, quod praeter memoriam

[1]) Aegialeus vocatur a tragico quodam poeta latino (inc. inc. fab. fgm. LXXIX R) et Diodoro (IV 45) et Iustino (XLII 3), a Timonacte (cf. schol. Ap. Rh. III 1236) Phaethon, quod nomen Apollonio quoque notum fuit (III 1236 coll. 241 sqq.).

Pherecydis et Sophoclis (in Colchidibus) et Euripidis etiam ex uno, quo Medeae fratris memoria fit, Σκυθῶν fragmento sequitur Aeetae filium (scil. Apsyrtum) natu sorore minorem fictum esse:

οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς
κοίτης ἔβλαστον· ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηίδος
τέκνον Νεαίρας ἄρτι βλαστάνεσκε, τὴν δ'
'Ιδυῖα πρίν ποτ' 'Ωκεανοῦ τίκτεν κόρη (fgm. 503 N[2]).

At quispiam dixerit huic coniecturae obstare, quod Aeetes postea de morte 'liberorum' queritur[1]), quos et minorem et maiorem natu intelligi Ribbeck suspicatur. Nec tamen ea potissimum re duos fratres statuere cogimur. Illius enim fragmenti sensus optime ita explicari potest, ut liberorum vocabulo vel, quia usurpari solet plurale tantum, unus filius[2]), vel, quod magis fortasse arridet, universa Aeetae proles significetur.

Quae si recte exposuimus, nulla extat causa, cur ab Accio duos regis filios inductos esse coniciamus. Unum autem, quem ille finxit, natu non maiorem sed minorem Medea fuisse cum e fragmento illo a Cicerone servato, quippe quod iam facilius Accii fabulae inseratur, tum e tota huius tragoediae ratione, qualem ipsi constituturi sumus, satis credo fiet apertum. Ac totum, quo melius cognoscatur, fabulae argumentum proponi liceat.

Eius igitur initium Ribbeckio concedendum est tale fuisse, ut navem procul appropinquantem pastor quidam Scythicus de monte prospiceret et de ea mirabili re secum colloqueretur (fgm. I. II. III. VI.). Celeriter autem ceteri pastores, qui et ipsi navis aspectu perterriti e planitie in montem fugerunt, in scaenam — ut chorus — prodeunt, unde navem admirantur (fgm. IV). Brevi post Iasone una cum Medea in scaenam producto, dum apud pastores barbaros, qua de causa Argo exstructa sit, pluribus exponit (fgm. VII. VIII.), de hospitum adventu certior factus ipse rex Scytharum venit, ut eos videat et

1) Fgm. XVI R: 'pernici orbificor liberorum leto et tabificabili'.

2) Huius usus exempla, quibus adde Plaut. Aul. IV 10, 6, collegit Kühner 'grammat. lat.' II § 23, 8. — Ceterum de uno filio illa Accii verba dici ante etiam Ribbeck putavit in 'quaestionum scaen. mantissa' libro, quo trag. rom. reliquias recensuit, adiuncta (edit. I p. 318).

Medeam his verbis alloquitur: 'tun dia Mede's, cuius aditum expectans pervixi usque adhuc?' (fgm. XII. cf. Ribbeck 'Trag. rom.' p. 531—533). Medeae enim artis magicae famam Scythae quoque audiverant. Neque dubium est, quin regem erga Medeam primum benevolum fuisse ex illis verbis appareat.

Verum enimvero idem, ubi Aeetam ab ea deceptum et desertum Apsyrtumque puerum vi abductum esse comperit, qua iustitia eum esse poeta fingit, animi sententia mutata quasi litem ei intendit (fgm. XIV. XIII. Ribbeck p. 534), denique eam retineri iubet. Quo fit, ut fortunae magnus favor, quo Medea adhuc usa, quem utique periclitata est, sese inclinare primo obtutu videatur. Etenim Iason, cum Scythis manu exigua aperte resistere summae sit audaciae, vehementer dubitat, utrum Medeam vi armorum liberatam secum ducat, an ea deserta solus in patriam revertatur: hoc ut faciat, prudentia ei suadet, illud amor Medeaeque meritorum memoria. Quo accidit, ut in eandem animi dissensionem discordiamque adducatur nec minus τραγικοί eius mores effingantur, quam in fabulae argumento, quale Ribbeck instauravit (p. 536). Itemque Medeae, cum Iasonis dubitationes animadvertat, furorem ac libidinem excitari patet: nam post longum sermonem cum illo habitum — ad quem referenda putamus verba et Medeae fgm. XI et inc. inc. fab. XCIV et Iasonis fgm. IX — exclamat verba: 'exul inter hostis, exspes expers desertus vagus' (fgm. X), quibus Iasonem, si eam deserat, devoveri Ribbeck optime coniecit.

Sed scrupulus ex Iasonis animo nondum evulsus est, cum repente unus de sociis classem ipsius Aeetae procul conspici nuntiat. Ita qui, quomodo e priore illa calamitate servarentur, ne reputare quidem poterant, statim in alteram ac peiorem incidunt fortunam, cui quidem cedentes ad certum exitium vocari videntur. Tempus igitur est agendi, non haesitandi aut colloquendi: Scythis insciis Medea Apsyrtum fratrem impia manu occidit eiusque membris per agrum dissipatis quam celerrime cum amatore ceterisque Argonautis et terram inhospitalem et patris, cuius iter luctu tardatur, ultionem effugit. Paullo post quam id evenit, Aeetes, cui non modo consilium erat Medeae puniendae, verum etiam summa filioli cari cura, ad insulam venit — sed sero: pueruli nihil nisi cruenta reperit ossa. Quae

omnia quomodo facta sint, nuntius cum aliis tum versibus illis a Cicerone exhibitis apud spectatores refert, quorum animi hoc modo magna misericordia commoti ad Aeetae, qui in sordibus luctuque iacens brevi post in scaenam adducitur, questus (fgm. XVI. XV.) chorique consolationes (fgm. XVII) audienda aptissime praeparantur.

Ad eundem igitur finem tota fabula, etsi eius formam nonnullis mutatis aliam effinximus, a nobis perducitur atque a Ribbeckio, cuius verba de tragoediae exitu dicta hic apponi liceat: 'Kam nach vollbrachtem Morde der unglückliche Vater hinzu, so fügte dessen reiner, einfach rührender Schmerz einen wohlthuenden Accord zu den grellen Dissonanzen der vorhergegangenen Handlung. Nach einem stürmischen, von Gewittern durchtobten Tage ein harmonisch wehmütiges Abendrot'.

Quae si forte non sine aliqua probabilitate disputavimus, huius fabulae argumentum in universum aliud esse atque Apollonianae narrationis haud neges.[1]) Praeterea autem num Accius in usum verterit Scythas Sophoclis fabulam, utpote cuius de argumento ob reliquiarum nimiam exilitatem certum iudicium ne Welcker quidem ferre potuerit, in dubio relinquendum est. Hoc tamen persuasum habemus fragmentum illud a Cicerone traditum Accii illi tragoediae non inepte vindicari. Quod haud parvi videtur esse momenti: eosdem enim versus Accii ante oculos puto fuisse Ovidio, cuius e narratione de Apsyrti caede trist. III 9 prolata conferas quaeso hunc locum (v. 25 sqq.):

'protinus ignari nec quicquam tale timentis
 innocuum rigido perforat ense latus;
atque ita divellit, divulsaque membra per agros
 dissipat in multis invenienda locis, ...
ut genitor luctuque novo tardetur et, artus
 dum legit extinctos, triste retardet iter'

[1]) Licet ergo pro veri simillimo affirmari, quod iam Ribbeck suspicatus est p. 535: 'Gern wüsste man, welchem poetischen Zwecke das Auftreten des Aeetes gedient hat. Wenn nicht etwa die ganze Handlung anders verlief, als bei Apollonios erzählt wird, wenn überhaupt der Tod des Apsyrtus vorkam, so kann Aeetes nur am Schluss auf der Verfolgung eingetroffen sein, um die Leiche zu beklagen und zu bestatten.'

cum Accii fgm. v. 3 sqq.:

'puerum interea obtruncat membraque articulatim dividit
perque agros passim dispergit corpus[1]): id ea gratia,
ut, dum nati dissupatos artus captaret parens,
ipsa interea effugeret, illum ut maeror tardaret sequi'.[2])

Quam coniecturam probabilem esse eo libentius credo concedes, si praeter Ovidium neminem, quantum scimus, nisi Accium pueruli membra per agros dispergi fingere reputaveris. Ovidium vero id quoque exemplar, e quo Accius sua sumpsit, sive fuit Sophocleum sive aliud, inspexisse consentaneum est.

Sed altera restat quaestio instituenda *de aetio, quo Tomorum nominis origo explicatur,* quod Ovidius fabulae illi his verbis subiungit v. 5 sq.:

'sed vetus huic nomen positumque antiquius urbe
constat ab Apsyrti caede fuisse loco'

et v. 33 sq.:

'inde Tomis dictus locus hic, quia fertur in illo
membra soror fratris consecuisse sui'.

Aetia autem, ut hoc praemoneatur, Apsyrti morte effecta memorantur duo: alii scriptores, qui illum maiorem Medea natu et Argonautas insectantem inducunt, locum, ubi caedes facta est, nomine ab Apsyrto ipso ducto appellatum esse dicunt (cf. Ap. Rh. IV 481. Hyg. fab. 23.[3]) 26. Steph. Byz. s. v. 'Αψυρτίδες);

---

[1]) Eadem verba Ovidius usurpat ep. VI 129 sq. (cf. Ib. 433).

[2]) Huius loci Cicero videtur iterum meminisse, cum in oratione de imperio Cn. Pompei habita haec dicat (9, 22): 'ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur, quam praedicant in fuga fratris sui membra in eis locis, qua se parens persequeretur dissipavisse, ut eorum collectio dispersa maerorque patrius celeritatem persequendi retardaret'.

[3]) De ea fabula haec videntur adnotanda: duae eius sunt partes, quarum altera res ab Argonautis apud Phaeaces gestae narrantur, altera Apsyrti caedes. Has autem, quia Argonautas non ante, sed post Apsyrti mortem ad Phaeaces venisse constat, temere consutas neque ex uno eodemque fonte haustas esse apparet. Fabula igitur posteriore loco posita — inde a verbis 'nihilominus cum profecti essent' eqs. — procul dubio ex Apollonii poemate (IV 303—515) petita est; contra priore loco positam e tragoedia quadam depromptam esse arbitror cum Welckero, qui haec dicit l. l. p. 339 sq.: 'Eine Nachahmung der

alii nomen loci inde fingunt, quod pueri corpus ibi dissectum est. Quorum in numero praeter Ovidium [1]) unus fere est Apollodorus, qui tamen Apsyrti membra non per agros, sed per undas dissipata esse narrat I 9, 24: Αἰήτης ἐπιγνοὺς τὰ τῇ Μηδείᾳ τετολμημένα ὥρμησε την ναῦν διώκειν. ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν πλησίον ὄντα Μήδεια τον ἀδελφὸν φονεύει καὶ μελίσασα κατὰ βυθοῦ ῥίπτει. συναθροίζων δὲ Αἰήτης τὰ τοῦ παιδὸς μέλη τῆς διώξεως ὑστέρησε. διόπερ ὑποστρέψας καὶ τὰ σωθέντα τοῦ παιδὸς μέλη θάψας τὸν τόπον προςηγόρευσε Τόμους. Narratio autem fere eadem tradita fuit a Pherecyde, cf. schol. Ap. Rh. IV 223: Φερεκύδης ἐν ἑβδόμῳ τὴν Μήδειάν φησιν ἆραι μικρὸν τὸν Ἄψυρτον ἐκ τῆς κοίτης Ἰάσονος εἰπόντος αὐτῇ ⟨καὶ⟩ ἐνεγκεῖν πρὸς τοὺς Ἀργοναύτας, ἐπεὶ δὲ ἐδιώχθησαν, σφάξαι καὶ μελίσαντας ἐκβαλεῖν εἰς τὸν ποταμόν (adde schol. v. 228), quo ex fonte Apollodorum nostro loco pleraque hausisse improbabile non est. [2]) Αἴτιον tamen, cum Pherecydem id perhibuisse nec tradatur et parum veri simile sit, Apollodorum aliunde petivisse certum videtur. Sed quis eius Ovidiique fuerit auctor, definiri nequit. Neque enim incredibile videtur etymologiam illam in ipsa tragoedia significatam fuisse, cum ibi causas nominum indicatas esse notum sit [3]), et pariter concedas eam inseri posse aetiorum coronae a poetis hellenistis nexae. Cave vero eam vindices Callimacho, quippe quem Apsyrtum ἔποικον (coni. ἔνοικον supra p. 48 adn. 1.) ἐν τῇ πατρίδι a sorore interfici finxisse scholiastae ad Eur. Med. 167 testimonio discamus (fgm. 411 Schn.).

Medea im Scythenlande von Soph. möchte in einer der Medeen anderer Tragiker die Medea bei den Phäaken gewesen sein, die, mit der Auslieferung ebenfalls bedroht, im Wechsel der äusseren Umstände dasselbe von Zorn und Verzweiflung bewegte Gemüt darstellen konnte. Hygin (23.) benamt diesen Stoff, von dem Unterliegenden, Apsyrtus'.

1) Summatim idem veriloquium Stephanus Byz. attingit s. v. *Τομεύς* · ... *ὠνομάσθη δὲ οὕτως διὰ τὸ Ἄψυρτον τὸν Αἰήτου υἱοῦ ὑπὸ Μηδείας καὶ Ἰάσονος ἐν τῇ φυγῇ ἐκεῖ κατατμηθῆναι.*

2) Hoc elucet etiam e verbo *μελίζειν*, quod a nullo fere alio scriptore usurpatum Apollodorus ipsi debere videtur Pherecydi. Ceterum cf. Robert 'de Apollod. biblioth.' p. 66 sqq.

3) Cf. e. g. inc. inc. fab. fgm. LVI coll. LV R. Enn. Alex. fgm. V. Andr. aechm. fgm. II. vide etiam Aesch. Pers. 70. Sept. 576. 658. Soph. Ai. 430 sqq. 914. Ant. 110 sq. El. 6. Oed. R. 70. Oed. Col. 486. fgm. 597. 880 N².

Sed haec hactenus. Iam enim nos convertamus ad alteram huius dissertationis partem, qua agatur

de Ovidianarum epistularum Paridis Helenaeque (XVI et XVII) fontibus.

Quod primo obtutu fortasse superfluum videatur, postquam nuperrime prodiit libellus a Georgio Wentzel conscriptus, in quo eadem tractata est quaestio.[1]) Sed Wentzel quidem id egit, ut totam fere fabulam, qualem de rebus antetroicis Ovidius proposuit, e Cyprio carmine sumptam esse nobis persuaderet: quod per se haudquaquam improbabile est, quoniam illius auctor, cum cunctam illam fabulam primus litteris mandasset, omnibus poetis posterioribus exemplo fuit. At tamen Ovidium quaedam non e Cypriis, verum e fonte aetatis aliquanto serioris petisse ne Wentzelium quidem fugit. Quae profluxisse putat nescio qua e narratione, fortasse enchiridii cuiusdam posteriorum temporum, quo quidquid ad Antehomerica pertinet comprehensum fuerit.

Eam autem narrationem accuratius definire posse mihi videor. Operae enim pretium est poemate epico in hac re perquirenda nimis adhuc neglecto Colluthi Lycopolitani, quod inscribitur Ἁρπαγὴ τῆς Ἑλένης, cum epistulis Ovidianis comparato utriusque poetae fontem, quoad eius fieri potest, elicere. Quo in instaurando fatendum est ob quaestiunculas minutissimas, ut in omnibus eiusdem generis rebus tractandis, permulta tam apparere dubia, ut saepe ne ad veri similitudinem quidem procedere liceat.

Praemonenda videntur, ut certum iaciatur fundamentum, pauca de Colluthi carmine.[2])

Atque exordii loco invocatione nympharum facta quinque fere partibus haec proferuntur:

prima notissima illa fabula de Pelei Thetidisque nuptiis et Discordiae malo enarratur;

---

[1]) Ἐπιθαλάμιον. Wolfgang Passow . . . dargebracht von F. Spiro und G. Wentzel. Gotting. 1890.

[2]) Numeris utor editionis ab E. Abelio curatae, quae prodiit Berolini 1880.

altera, quomodo Iovis iussu Paris pastor de Iunonis Minervae Veneris dearum ornatarum pulchritudine in Ida monte iudicium tulerit, exponitur,

tertia illius iter in Graeciam susceptum,

quarta, quomodo Menelao absente Helenam, ut sibi obsequeretur, commoverit;

quinta denique lamentationes Hermionae puellae a matre desertae uberius exprimuntur; poematisque finem poeta facit indicatis periculis Troiae urbi e Paridis facinore imminentibus.

Colluthus autem ut versibus elegantissimis multisque sententiis ad Nonni, cuius diligentissimus assecla fuit[1]), normam carmen composuit, ita in re, quam ipse procul dubio non invenit, enarranda eundem magistrum imitari certe non potuit. Sed fontem, e quo materiam hausit, alexandrinum fuisse non infitiabitur, qui Nonnianae sectae poetas hellenistarum vestigiis studiosissime insistere reputaverit.[2]) Quamquam quis fuerit auctor, quia testimonia desunt, nunc quidem in medio relinquendum videtur.

Collutheum autem poema iterum iterumque legenti poetam brevitati paene molestae studuisse eaque causa plus semel eo processisse notabile fit, ut rem poetae ingenio minime dignam, ne dicam absurdam aut inficetam, effingeret; nec facere possum, quin omni ex parte comprobem sententiam, quam de illo opusculo Bernhardy l. l. p. 401 profert: 'Dieses kahle Gedicht eines Autors, der weder äussere Begebenheiten erzählen und anschaulich machen kann, noch erotische Zustände begreift, muss höchlich missfallen und verliert alles Interesse, wenn man darin nicht eine Studie und Schülerarbeit nach der Methode des Nonnus sieht, dessen Wortgebrauch, Rhetorik und Versbau kopiert werden . . . Sind aber auch Reminiscenzen an Nonnus überwiegend, so hebt ihn doch der Nachhall des Musters, der Prunk und Klang seiner Figuren, und manche Wendung erlangt hierdurch einigen Schwung'.

Quod si recte se habet, Colluthum narrationis, quam in exemplari alexandrino legit, tamquam epitomatorem vix quic-

[1]) Cf. Bernhardy 'hist. litt. gr.' II³ 1 p. 401. Godofr. Hermann 'opusc.' IV p. 208 et Orphic. edit. p. 690.

[2]) Cf. Rohde 'Roman' p. 131 sq.

uam consulto immutasse, nisi pauca ut rhetorice amplificaret, acile quivis concedat. Tantum vero afuisse, ut materiam e ariis fontibus petitam compilaret, ut elegiae alexandrinae argumentum integrum, velut Musaeus in poemate de Herus Leandrique amoribus conscripto, in usum suum converteret, inde sequi puto, quod in carmine eius res proposita ad finem plane absolutum perducitur. Accedit vero, ut poema fortunae invidia admodum lacunosum libris msc. exhibeatur.

Ovidius autem alteram epistulam scribi fingit a Paride in Menelai domo morante paullo post quam is iter Cretense susceperit; alteram ab Helena ita rescribi, ut semper ad illam espiciatur. Et cum Paridis epistulae ratio sic composita sit, t Helenae responsio expectetur, utramque ab eodem poeta onfectam esse iam affirmari licet. Inter has igitur epistulas t Colluthi poema quae ratio intercedat, accuratius si placet erquiramus.

Ac primum quidem eam rem perlustremus, quae, cum ımmi fuerit momenti ad bellum troianum movendum, e narraone et Colluthi et Ovidii maxime eminet, dico famosum illud *aridis iudicium.*

Adhibenda autem praeter Colluthea hic ea quoque sunt, uae Lucianus in deorum dialogo XX (θεῶν κρίσις) proposuit. [1]

Certamen igitur dearum in saltu declivi, non in summo ıonte factum esse pariter narrant Ovidius novae rei introducone solita et ad Graecorum exemplum expressa [2]) ep. XVI 53 sq.:

'est locus in mediis nemorosae vallibus Idae [3])
devius et piceis ilicibusque frequens'

oll. art. I 684: 'colle sub Idaeo', —

---

[1]) Similitudines quasdam inter Ovidium Colluthum Lucianum intercedere ım Lennep animadvertit ad Ov. ep. XVI 54.

[2]) Cf. etiam ep. II 131. VI 69. X 25. XII 67. [XV 157.] XVIII 55. Klemm l. l. p. 28. Naeke 'Hec.' p. 100 sq.

[3]) Hanc rectam lectionem esse cum Bentleio contendo respiciens ırt. I 289. — De epithetis a poeta hic usurpatis hoc monendum est: *Ἰδαῖαι* *κάπαι* laudantur ab Euripide (Andr. 275. cf. 284. Troad. 1066. *Ἰδαία ὕλη* Hec. 631 N.), *Ἴδης κνημοί* ab Homero *B* 821, *Ἴδη πολύπτυχος* (clivosa Ov. ım. I 14, 11) et *ὑλήεσσα* Hes. theog. 1010 (de exemplo Veneris et Anchisae ımoris hic prolato vide etiam Theocr. idyll. I 105 sqq. Nonn. XV 210. Anth. Pal. VI 76. Verg. Aen. I 617. Ov. ep. XVI 203); et cum loci arboribus

et Lucianus, apud quem Mercurius Iunoni Paridem his verbis ostendit: ταύτῃ, ὦ Ἥρα, πρὸς τὰ λαιὰ περισκόπει, μὴ πρὸς ἄκρῳ τῷ ὄρει, παρὰ δὲ τὴν πλευράν (§ 5). Nec non Colluthus similiter Paridem in valle esse indicat verbis de Mercurio et deabus factis v. 102 sqq.:

ἄρτι μὲν Ἰδαίην ὑπερέδραμον οὔρεος ἄκρην,
ἔνθα λιθοκρήδεμνον ὑπὸ πρηῶνος ἐρίπνην
κουρίζων ἐνόμευε Πάρις πατρώια μῆλα.

Cui sententiae minime obstat v. 105, quo regio accuratius describitur: (Πάρις) ποιμαίνων ἑκάτερθεν ἐπὶ προχοῇσιν ἀναύρου. Nam cum ἄναυρος intelligendus sit torrens, χείμαρρος ποταμὸς ὁ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενος (schol. Ap. Rh. I 9), non tam de Xantho sive Scamandro flumine, ut Lennepio placuit, quam de rivulo quodam, qui e monte Idae ortus in Scamandrum influit, cogitandum videtur. Denique accuratissime locum definit Colluthus in carminis prooemio, ubi nymphas advocat v. 13 sq.:

αὐταὶ γὰρ ἐθηήσασθε μολοῦσαι
Ἰδαίης τρικάρηνον ὑπὸ πρηῶνα Φαλάκρης,

quod Idae cacumen esse scholiasta ad Hom. Θ 48 testatur.

Paridem autem non inter greges, sed solum in saltu illo recondito versari apparet ex Ov. ep. XVI 55 sq.: (locus)

'qui nec ovis placidae nec amantis saxa capellae
nec patulo tardae carpitur ore bovis'.

Huic contrarium Lucianus exponit, qui eum medio in grege versantem fingit; nam Mercurius Iunoni haec: οὐχ ὁρᾷς βοίδια κατὰ τὸν ἐμὸν οὑτωσὶ δάκτυλον ἐκ μέσων τῶν πετρῶν προερχόμενα καί τινα . . . ἀνείργοντα μὴ πρόσω διασκίδνασθαι τὴν ἀγέλην. Haud ita cum Nasonis narratione discrepant, quae Colluthus refert v. 106 sq.:

abundantes haud inopes aquarum esse soleant, Ida dicitur etiam amoena fontibus (Ov. fast. IV 249) vel aquosa (ibid. VI 15.) vel umida (met. X 71) vel creberrima fontibus (ibid II 218) vel madida (am. I 14, 11. Hor. c. III 20, 15. cf. Hom. Θ 47 al. Eur. Iph. A. 1284. 182). De Idaeis piceis vide Eur. Hipp. 1253 et Hel. 232 et de ilicibus Colluth. v. 196 et de fagis ibid. 125. Item, atque ab Ovidio Ida vocatur alta (ep. XVII 115), apud Homerum legitur Ἴδη ὑψηλή (Ξ 293). — Denique locum, quo dearum certamen factum est, absconditum fuisse aperte indicat Euripides Hel. 23 sq.

νόσφι μὲν ἀγρομένων ἀγέλην πεμπάζετο ταύρων,[1]
νόσφι δὲ βοσκομένων διεμέτρεε πώεα μήλων,

; v. 111: τοῖος ἐπεὶ σήραγγος ἐς ἤθεα βαιὸν ὁδεύων . . . ἐδίωκεν ɔιδήν. Colluthus igitur Paridem non procul a grege abesse arrans inter Ovidium et Lucianum tamquam medium tenet ɔcum, nec poetam hellenistam, quem secutus est, idem finxisse eri dissimile est. Itaque Nasoni, quod leviter commutavit, psi apte tribuas, qui ab exemplo paullulum fortasse eo est di- ;ressus consilio, quo magis res, quae Paridi accidit, secreta ırcanaque appareret. Paucis autem, sed suavissime Paridem ɔergentem facit haec dicere v. 57 sq.:

'hinc ego Dardanidae muros excelsaque tecta
et freta prospiciens arbore nixus eram'.

Hic cur codicum lectione 'Dardanidae' repudiata omnes editores nterpretesque scripturam 'Dardaniae' probaverint, prorsus latet. Significatur enim Dardanides nemo alius nisi Ilus, Trois filius, qui ut Dardani progenies aptissime sic appellatur. Eum autem Troiae muros condidisse ipse docet Ovidius fast. VI 419: 'moenia Dardanides nuper nova fecerat Ilus', et Ilus Dardanides dicitur am apud Homerum (Λ 166. 372.), Ἴλου πόλις Troia vocatur apud Pindarum (nem. VII 43.), Ἴλου ἄστυ apud Quintum Smyrnaeum Λ 784).

Eo igitur in Idae saltu Mercurium cum tribus illis deabus ıd se venisse Paris his verbis exponit v. 59 sqq.:

'ecce pedum pulsu visa est mihi terra moveri
— vera loquar veri vix habitura fidem —;
constitit ante oculos actus velocibus alis
Atlantis magni Pleïonesque nepos,
— fas vidisse fuit, fas sit mihi visa referre —
inque dei digitis aurea virga fuit'.

Alis Mercurius instruitur iam in Homeri carminibus (cf. e. g. Ω 345. ε 49) ibidemque virga aurea (e. g. H 277), de qua appellatur χρυσόρραπις (ε 87. ι 277. hymn. in Merc. 259. cf. Mus. Her. et Leand. 150). Quae Mercurio praecipue munere fun-

[1]) Paridem armenta numerantem etiam Mavortius fingit in Iudicio Paridis (PLM IV p. 198 v. 2 Baehr.): 'forte recensebat numerum sub tegmine fagi'.

genti διακτόρου (Colluth. v. 123), ut κηρύκειον, tribui solet[1]
Id igitur ab Ovidio e Graecorum more expressum esse intelligitur
Una cum Mercurio ab eoque ductae deae apparen Venus Iuno Minerva: Ov. ep. XVI 65 sq.:

'tresque simul divae, Venus et cum Pallade Iuno,
graminibus teneros imposuere pedes'.

Quarum de adventu Colluthus omnino tacet. Nam postquam c Mercurio tantum a Paride conspecto dixit (v. 123), statim paru apte de hoc pergit (v. 124): θεῶν ἀλέεινεν ὀπωπήν, scil. et Me curi et dearum. Nec tamen unum aut alterum versum inter 1: et 124 excidisse cum Lennepio contenderim: immo eam narran inscitiam equidem ipsi tribuam Colluthо, qui loci, qualis exemplari exhibitus fuit, elegantiam manu inerti turbaver Nec minus ea, si quid video, opinio in se probabilitatis hab etiam in loci amoenitate depingenda sibi placuisse auctore alexandrinum, cui ut permultis eiusdem aetatis poetis praei potuit Euripides in Iph. A. 1294 sqq.: (μήποτε 'Αλέξανδρον)

οἰκίσαι ἀμφὶ τὸ λευκὸν ὕδωρ, ὅθι
κρῆναι Νυμφῶν κεῖνται
λειμών τ' ἄνθεσι θάλλων
χλωροῖς, οὗ ῥοδόεντα
ἄνθε' ὑακίνθινά τε θεαῖσι δρέπειν (cf. v. 182).

Intuitum deas Mercuriumque Paridem maximo horrore affi pariter Ovidius et Colluthus referunt. Sed quid hoc timoi efficiatur, narrantes inter se quodam modo videntur discrepare Colluthus uberius dicit Paridem cantilenae subito fecisse fine fistulaque fugisse relicta[2]) v. 124 sqq.:

δειμαίνων δ' ἀνόρουσε, θεῶν δ' ἀλέεινεν ὀπωπήν·
καὶ χορὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ φηγὸν ἐρείσας
μήπω πολλὰ καμοῦσαν ἑὴν ἀνέκοψεν ἀοιδήν,

quae apud Ovidium Paris brevitatis causa his verbis con prehendit v. 67:

'obstipui gelidusque comas erexerat horror'.

[1]) Cf. Preller in Philol. vol. I p. 512 sqq. (= 'Ausgew. Aufsätze' e R. Köhler p. 147 sqq.)

[2]) Aufugiens Paris in vasis quoque pictus est: cf. Luckenbach in Fleckeise Annal. suppl. XI (1880) p. 593.

ucianus vero minus eleganter rem persequitur suo sane ingenio ndulgens (§ 7): facit enim Paridem, ubi deas et Mercurium vidit, non fugientem, sed salute data redditaque rogantem, qua le causa venerint, atque cum illos ab Iove missos adesse audiverit, tum demum metu occupari.

Primis autem cum verbis, quibus in Ovidii epistula Mercurius adulescentem alloquitur: 'pone metum' (v. 68), optime conferantur, quibus idem Paridis animum tranquillat in dialogo Lucianeo: τί τρέμεις καὶ ὠχριᾷς; μὴ δέδιϑι· χαλεπὸν γὰρ οὐδέν.[1]) Nec minus inter se congruere videmus cetera Mercuri verba, et quae sunt in Nasonis et quae in Colluthi ac Luciani narratione. Conferamus Ov. v. 69 sq.:

'arbiter es formae[2]): certamina siste dearum,
vincere quae forma digna sit una duas',

quibus Paris haec addit:

'neve recusarem, verbis Iovis imperat et se
protinus aetherea tollit in astra via',

et Colluth. v. 129 sq.:

δεῦρο ϑεμιστεύσειας ἐπουρανίῃσι δικάζων·
δεῦρο διακρίνων προφερέστερον εἶδος ὀπωπῆς
φαιδροτέρῃ τόδε μῆλον, ἐπήρατον ἔρνος, ὀπάσσαις[3]) —

[1]) Aqud Colluthum prima Mercuri verba haec sunt (v. 128 sq.): αὖλον ἀπορρίψας καὶ πώεα καλὰ μεϑήσας . . . ϑεμιστεύσειας. Quorum sententia si recte traditur, scriptura γαῦλον ex cod. Mutin. a Bekkero recepta certe in γαυλόν corrigenda est: inspicias enim Eustathii testimonium ad Hom. ι 223 (p. 1626, 8): οἱ γαυλοί· κατὰ τὴν παλαιὰν παράδοσιν γαυλὸς μὲν ὀξυτόνως ἀγγεῖον ποιμενικόν, γαῦλος δὲ βαρυτόνως εἶδος ἑτεροίου σκάφους τοῦ κατὰ πλοῖον (= schol. Ar. av. 598): γαυλὸς igitur mulctra. Mirum tamen videatur, quod ut eam abiciat Paris admonetur, utpote qui perterritus vel fistulam abiecisse et fugisse ante dicatur. Scrupulus fortasse evanescit, si ἀπορρίπτειν interpretamur 'despicere, aspernari', et mulctram de pastoris munere atque opera dici putamus ('gieb deinen Hirtenberuf auf'). Sic autem reliquorum codicum lectio τάρβος ἀπορρίψας repudiatur, quam ab interpolatore notissimae eiusdem loci versionis, qualis ab Ovidio et Luciano exhibetur, memori intrusam esse statui licet.

[2]) Eadem vox μορφή usurpatur Eur. Hel. 26. Iph. A. 184. Troad. 975 (cf. Colluth. v. 81. 160. 191. 293).

[3]) Iovis mandatum Colluthus ideo omittit, quia antea id luculenter protulit v. 71 sqq.

de certamine autem dicit Venus v. 86: ἐγγὺς ἀγών (cf. etiam Ov. v. 139), — et quae Mercurium disputantem facit Lucianus: κελεύει σε (Ζεὺς) δικαστὴν γενέσθαι τοῦ κάλλους αὐτῶν, coll. § 1, ubi Iupiter Mercurio: λέγε πρὸς αὐτόν, ὅτι σέ, ὦ Πάρι, κελεύει ὁ Ζεὺς . . . δικάσαι ταῖς θεαῖς, ἥτις αὐτῶν ἡ καλλίστη ἐστί· τοῦ δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον ἡ νικῶσα λαβέτω τὸ μῆλον.

Est autem notandum a poeta romano nusquam memorari Discordiae malum, quod Paridi, ut pulcherrimae donaret deae, Mercurius tulit. Nec tamen hoc mirum videtur, cum Nasonis, qui nullo verbo Pelei et Thetidis ias iudicio Paridis antecedentes persequitur, nihil interesse potuerit de illo dicere malo, cuius Colluthus et Lucianus mentionem propterea faciunt, quod antea Pelei nuptias enarraverunt. Quo fit, ut Ovidiana hac in re conspiret cum narratione Cypriorum: secundum eam enim, quantum e Procli chrestomathia cognoscimus, sicut et in vasis antiquissimorum temporum [1]) et in tota vetustiore fabularum memoria, cui etiam tragici poetae se adstringunt, Paris dearum causam diiudicat verbis. Novisse nimirum Ovidium Cyprium carmen, quamvis non integrum sed excerptum a nescio quo grammatico, ex eis quae postea disputaturi sumus apparebit. Nec vero inde, quod de malo illo famoso tacet, quisquam concludat — ut placuit Wentzelio [2]) — eum nullius carminis nisi Cypriorum argumentum hic ante oculos habuisse. Immo nobis iam profiteri licet, quod infra magis probabitur, eum in universum e narratione recentioris potissimum aetatis, scilicet alexandrinae, fabulam hausisse nonnullis rebus, quae ei magis idoneae videbantur, ex antiquiore immixtis. —

A Mercurio Iovis mandata exsecuto, priusquam causa de dearum pulchritudine iudicata esset, statim sese ac deas relictos esse Paris Helenae refert apud Ovidium v. 72; idemque fingit Lucianus, apud quem Mercurius, ubi pastorem de negotio, quod Iupiter ei detulerit, certiorem fecit, haec addit (§ 9): σὺ

[1]) Cf. Welcker in Annali dell' instituto archeol. vol. XVII p. 145.

[2]) p. 15: 'Vollends durchschlagend ist endlich das Fehlen des Erisapfels: so gewiss er der alten Zeit fremd ist, so verbreitet ist er in der römischen Epoche. Er beherrscht fast die gesamte mythographische Tradition in Litteratur und Kunst. Dass ihn unser Dichter nicht kennt, ist in der That beweisend'.

ἐπισκόπει, ἐγὼ δὲ ἂν ἀποστραφαίην. Neque apud Colluthum deorum nuntium, etsi discedere verbis non narratur disertis, ipsi tamen iudicio adesse ex eo sequitur, quod poeta eum in posteriore eiusdem narrationis parte iam non inducit loquentem. Neglegentia igitur imitatoris prave decurtantis correcta minime dubito, quin Mercurium statim in caelum revertentem etiam auctor hellenistes effinxerit.

Sed ut ad ipsas deas redeamus, quomodo in certamen venerint, Ovidius perspicue dicit in epistulis et Oenonae (V 35 sq.):

'Venus et Iuno sumptisque decentior armis
venit in arbitrium nuda Minerva tuum',

et Helenae (v. 115 sq.):

'Venus hoc pacta est, et in altae vallibus Idae
tres tibi se nudas exhibuere deae',

quibus versibus adiungi licet eiusdem epistulae v. 119 sq.:

'credere vix equidem caelestia corpora possum
arbitrio formam supposuisse tuo'.

Quae disticha quasi uno ore docent Paridem praecipue de formositate dearum nudarum iudicasse; quo spectant procul dubio etiam Paridis verba v. 73 sq.:

'mens mea convaluit subitoque audacia venit,
nec timui vultu quamque notare meo'.
(adde v. 69 sq.).

Itaque cum ex his quoque nec non inde, quod postea Helenae vultum Veneris parem esse Paris profitetur (v. 137 sq.), eum pulchritudinis iudicem fuisse satis eluceat: hac in re inter epistularum XVI et XVII narrationem discrimen quoddam intercedere Wentzel immerito statuit.[1]) Recentiorem igitur fabulae formam hic Ovidium in epistula tam Paridis quam Helenae secutum esse evincitur. Nam apud antiquiores poetas Paridis animus maxime promisso Veneris commovetur; ab alexandrinis demum

[1]) p. 42: 'Es treten direkte Widersprüche zu Tage, welche aufdecken, dass der Dichter der Briefe thatsächlich verschiedene Quellen verarbeitet hat. Das könnte sogar bedenklich machen. Helene erwähnt in ihrem Briefe, dass die Göttinnen sich vor Paris entkleidet haben. Dessen eigene Erzählung aber weiss schlechterdings nichts davon. Das muss befremden'.

fabula ita mutata est, ut Paris deas contulisse nudas et Ve ob corporis potissimum venustatem a ceteris victoriam reporta traderetur, quod item in vasis aetatis recentioris depingitu Videmus enim, quo longius tempus progressum est, eo rem ill libidinosius lasciviusque enarratam esse. Afferamus autem lat evagantes alios nonnullos locos colorem similem habentes, quor comparatio non erit infructuosa: e carminibus poetarum latinor praeterea laudandi sunt huc pertinentes Ovidiani art. I 247 s

'luce deas caeloque Paris spectavit aperto,
cum dixit Veneri: vincis utramque, Venus',

et fast VI 15: 'quas Priamides in aquosis vallibus Idae co tulit', tum Propertianus II 2, 13 sq.:

'cedite iam divae, quas pastor viderat olim
Idaeis tunicas ponere verticibus',

quibus adde quaeso Sil. Ital. VII 460. Dracont. Rapt. Hel. 6 Mavort. Iudic. Par. 21 sq. Auson. epigr. 52 (Schenkl.). Antho lat. 10. 163. (164. 165.) 166 R.; et inter poemata graeca pe magnus eodem spectat numerus epigrammatum, quae nunc i Anthol. Pal. leguntur: cf. V (35. 36.) 69. IX 619. 633. 63 XII 207. XVI 161. 166. 169. 178. 181. 182. 174 (= poet. la inc. epigr. 8, ap. Baehr. PLM V 99). Ovidianis autem cu verbis supra exscriptis comparetur sententia Colluthi, qui re fusius tractat et v. 132 sqq. (de Paride):

ὁ δ' ἤπιον ὄμμα τανύσσας
ἦκα διακρίνειν πειρήσατο κάλλος ἑκάστης·
δέρκετο μὲν γλαυκῶν βλεφάρων σέλας, ἔδρακε δειρὴν
χρυσῷ δαιδαλέην . . . .
. . . .
. . . .[2]ἐφράσσατο κόσμον ἑκάστης
καί πτέρνης μετόπισθε καὶ αὐτῶν ἴχνια ταρσῶν

[1]) Cf. Welcker l. l. Preller 'myth. graec.' II³ p. 413. Ceterum h quoque apparet Welckerum ('Alte Denkmäler' V p. 368), cui assentit Wunderer (in Dissert. semin. philol. Erlang. V [1891] p. 215), errasse p tantem poetas, ut deas Paridi nudas se praebentes inducerent, eo impul esse, quod picturis idem fictum est. Immo enim si, quae Robert expos ('Bild und Lied' p. 3 sqq.), nobis probantur, e contrario pictores poeta alexandrinorum rationem habuisse perspicuum est.

[2]) Lacunam recte statuit Abel; cf. Luc. § 10, ubi Paris simillime la Iunonis ὠλένας λευκάς et Minervae τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων.

v. 155 sqq., quibus Venus ad certamen parata ante Paridem ınstitisse narratur:

ἣ δ' ἑανὸν βαθύκολπον ἐς ἠέρα γυμνώσασα
κόλπον ἀνηώρησε καὶ οὐκ ἠδέσσατο Κύπρις.
χειρὶ δ' ἐλαφρίζουσα μελίφρονα δεσμὸν ἐρώτων
στῆθος ἅπαν γύμνωσε καὶ οὐκ ἐμνήσατο μαζῶν.

raecipue denique singulis rebus illustrandis Lucianus delectatur, ui Paridem fingit iubentem Minervam ponere galeam, Iunonem estem, Venerem cestum (§ 10).

Dubitat autem pastor certum facere iudicium Ov. ep. XVI 5 sq.:

'vincere erant omnes dignae iudexque querebar
non omnes causam vincere posse suam',

temque, ne dearum iram excitet una ceteris praeposita, in lialogo Lucianeo veretur § 8: αὗται πᾶσαί τε ὁμοίως καλαὶ εαὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἐπὶ τὴν ἑτέραν μεταγάγοι :ὴν ὄψιν ἀποσπάσας· οὐ γὰρ ἐθέλει ἀφίστασθαι ῥᾳδίως ... δοκῶ ι' ἄν μοι καλῶς δικάσαι πάσαις ἀποδοὺς τὸ μῆλον ... πῶς οὖν ›ὐ χαλεπὴ καὶ οὕτως ἡ κρίσις; —

Iam veniamus ad insignem fabulae partem explicandam, n qua poetam alexandrinum singula cum sua voluptate elaɔorasse credibile est: quid quaeque dearum Paridi pron1iserit. Qui cum non solum de forma, verum etiam de donis learum iudicans fingendus sit — aliter enim causa Helenae ıbripiendae bellique excitandi cogitari nequit —, hic iterum extat vestigium, quo ad Cyprium carmen ducamur, cuius narrationi posteriores certamen illud de corporum pulchritudine institutum tamquam agglutinaverunt.

Primum autem, quo ordine quid iudici polliceantur singulae deae proferant, pauca dicenda sunt. Eum enim ordinem, qui ab omnibus fere scriptoribus et pictoribus [1]) servatur et plerisque probatus ac quasi τυπικὸς fuit, ne ab Ovidio quidem immutatum esse videmus. Primum igitur apud Paridem verba facit Iuno, deinde Minerva, postremo Venus in epistula Paridis v. 81 sqq.

[1]) Cf. Welcker Annali l. l. p. 139 sqq.

et Helenae v. 117 sq.; eodemque ordine Lucianus deas et advenientes et loquentes inducit: Mercurius enim Paridi mirato (§ 7): οὐ γυναῖκές εἰσιν· Ἥραν δέ, ὦ Πάρι, καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Ἀφροδίτην ὁρᾷς [1]), eumque in suas partes ducere vult primum Iuno (§ 11), tum Minerva (§ 12), denique Venus (§ 13). Quem ordinem etiam in Cypriis constitutum fuisse, etsi e Procli verbis nihil colligi potest, at certe apparet e consensu cum imaginum vasorum antiquissimorum tum Apollodori, quem eam fabulam e Cypriis hausisse manifestum est. [2]) Contra secundum Colluthum, qui antea in fabula de Pelei nuptiis narrata non sine causa primum Iunonem, deinde Minervam et Venerem inducit (v. 64 sqq.), apud Paridem primum loquitur Minerva, cui succedunt Iuno et Venus (v. 138 sqq.). Quod utrum Collutho ipsi novatum an ad poetam hellenistam, qui viam nimis tritam rationemque omnibus adhibitam hic fortasse consulto evitavit, referendum sit, cum praesertim illa mutatio non sit fortuita, sed e vicibus dearum sermonum effecta, quis praestet? Nec tamen scio, an id quoque ad certum exemplum confectum sit: nam Euripidem, a cuius arte quot vinculis Alexandrini pendeant nondum omnino satis quaeritur, cum uno loco eundem ac Colluthus dearum ordinem aperte constituat (Troad. 925 sqq.), etiam Colluthi auctori hanc rem praeivisse, quamvis anceps sit coniectura, tamen parata est suspicio. Sed qui eum imitaretur, praeter Colluthum, discipulum diligentissimum, poetam invenisse non videtur.

Apud Ovidium autem communem fabulae rationem secutum, quae Iuno et Minerva promiserint, memorat et Paris v. 81:

'regna Iovis coniunx, virtutem filia iactat:
ipse potens dubito fortis an esse velim',

et Helena v. 117: 'unaque cum regnum, belli daret altera laudem'. Rem vides ab Ovidio adumbrari tantum et summatim exponi; plura profert Colluthus, qui deas, ut in vera lite, ora-

1) Advenientium dearum Ovidius certum ordinem non curat: cf. ep. V 35 sq. (Venus Iuno Minerva) et XVI 65 (Venus Minerva Iuno), ubi tamen Venus ut hac in re potentissima principatum tenet.

2) Cf. 'Epitom. Vatican. ex Apollod.' ed. R. Wagner (Lips. 1891) cap. XI 1 et 'cur. mythogr.' p. 173. 299. praef. p. VIII. (= Apollod. fgm. Sabbait. ed. Papadopulos in Mus. Rhen. vol. XLVI p. 166, 22, et Wagner ibid. p. 397).

es paene contumeliosas habentes inducit; ac ne Lucianea lem indigna sunt, quae hic in comparationem vocentur. Iuno ur apud Colluthum haec (v. 148 sqq.):

εἴ με διακρίνων προφερέστερον . . . .
. . . . ἔρνος ὀπάσσῃς,
πάσης σ' ὑμετέρης Ἀσίης ἡγήτορα θήσω.
ἔργα μόθων ἀθέριζε· τί γὰρ πολέμων βασιλῆι;
κοίρανος ἰφθίμοισι καὶ εὐπτολέμοισι κελεύει.
οὐκ αἰεὶ θεράποντες ἀριστεύουσιν Ἀθήνης·
ὠκύμοροι θνήσκουσιν ὑποδρηστῆρες Ἐνυοῦς.
  τοίην κοιρανίην πρωτόθρονος ὤπασεν Ἥρη,

apud Lucianum (§ 11): ἢν γάρ με, ὦ Πάρι, δικάσῃς εἶναι ήν, ἁπάσης ἔσῃ τῆς Ἀσίας δεσπότης.

Minerva autem Paridi sese virtutem daturam esse pollicetur d Colluthum v. 139 sqq.:

δεῦρο, τέκος Πριάμοιο, Διὸς παράκοιτιν ἐάσας
καὶ θαλάμων βασίλειαν ἀτιμήσας Ἀφροδίτην,
ἠνορέης ἐπίκουρον ἐπαινήσειας Ἀθήνην.
φασί σε κοιρανέειν καὶ Τρώιον ἄστυ φυλάσσειν·
δεῦρό σε τειρομένοισι σαόπτολιν ἀνδράσι θήσω,
μή ποτέ σοι βαρύμηνις ἐπιβρίσειεν Ἐνυώ.
πείθεο καὶ πολέμους τε καὶ ἠνορέην σε διδάξω,

ιpud Lucianum (§ 12): ἤν με, ὦ Πάρι, δικάσῃς καλήν, οὔποτε ων ἄπει ἐκ μάχης, ἀλλ' ἀεὶ κρατῶν· πολεμιστὴν γάρ σε καὶ φόρον ἀπεργάσομαι.

Denique Venus, quae a Paride Ovidiano vocatur aurea 35) — quod epitheton inde ab Homero (Γ 64. E 427. T 282. :. ϑ 337) omnes fere poetae et graeci et romani ei dare so-, — verba facere incipit dulce ridens (ep. XVI 83), d lumen postea Silius Italicus cupide arripuit VII 466 sqq.:

'postrema nitenti
affulsit vultu ridens Venus: omnia circa
et nemora et penitus frondosis rupibus antra
spirantem sacro traxerunt vertice odorem'.

ridens autem Venus, etsi iam in Iliade solet appellari μμειδής (Γ 424. Δ 10. E 375), post Homerum tamen semper fingi videtur, ubi alios tamquam per dolum — est enim

δολιόφρων (Eur. Iph. A. 1301), δολόμητις (Colluth. v. 82) — ca pere vult, velut etiam Anchisam (cf. hymn. hom. in Ven. 56. 65) Itaque pariter a Collutho quoque ridens inducitur v. 159: τοῖ δὲ μειδιόωσα προςέννεπε μηλοβοτῆρα. Commovet autem Pa ridem, ne Iunoni aut Minervae obsequatur, simili ratione et apu Ovidium ep. XVI 83 sq.:

'dulce Venus risit, nec te, Pari, munera tangant
utraque suspensi plena timoris, ait',

et pluribus verbis apud Colluthum v. 160 sqq.:

δέξο με καὶ πολέμων ἐπιλήθεο, δέχνυσο μορφήν
ἡμετέρην καὶ σκῆπτρα καὶ 'Ασίδα κάλλιπε γαῖαν.
ἔργα μόθων οὐκ οἶδα· τί γὰρ σακέων 'Αφροδίτῃ;

et in sequentibus illi promittit apud Ovidium haec (v. 85 sq.)

'nos dabimus, quod ames, et pulchrae filia Ledae
ibit in amplexus pulchrior illa tuos', —

cf. etiam ep. XVII 118: 'Tyndaridis coniunx, tertia dixit eris' —, similiaque apud Colluthum v. 164 sqq.:

ἀντὶ μὲν ἠνορέης ἐρατὴν παράκοιτιν ὀπάσσω,
ἀντὶ δὲ κοιρανίης 'Ελένης ἐπιβήσεο λέκτρων,

quae respiciens Paris Helenae narrat v. 295 sq.:

νύμφην ἱμερόεσσαν ἐμοὶ κατένευσεν ὀπάσσαι,
ἣν 'Ελένην ἐνέπουσι, κασιγνήτην 'Αφροδίτης.

Uberius denique, ut solet, easdem sententias Lucianus exorna qui Venerem cum alia de Paridis ipsius pulchritudine tum d Helena haec proferentem facit (§ 13): ἔπρεπε ἤδη σοι γεγαμ κέναι . . . τινὰ ἐκ τῆς 'Ελλάδος ἢ 'Αργόθεν ἢ ἐκ Κορίνθου Λάκαιναν, οἵαπερ ἡ 'Ελένη ἐστί, νέα τε καὶ καλὴ καὶ κα οὐδὲν ἐλάττων ἐμοῦ, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ἐρωτική. ἐκείνη γ' εἰ καὶ μόνον θεάσαιτό σε, εὖ οἶδ' ἐγώ, πάντα ἀπολιποῦσα κ παρασχοῦσα ἑαυτὴν ἔκδοτον ἕψεται καὶ συνοικήσει . . . αὐ θυγάτηρ μέν ἐστι Λήδας, ἐκείνης τῆς καλῆς. Au solutae orationis scriptorem, qui poetae sententiam sua ratic interpretatur? Nam Luciani verba κατ' οὐδὲν ἐλάττων ἐμοῦ respicere patet, quod Helena ob formositatem praeclaram dici κασιγνήτη 'Αφροδίτης, quod nomen ei primo non Colluthum, eius auctorem alexandrinum dedisse non sine aliqua causa c

do. Puellas enim pulcherrimas cum Venere conferre hellenistis usitatissimum erat.[1]) Illum autem poetam, quem Colluthus secutus est, si Helenam Veneris sororem vocavit vel, quod gravius est, ipsa a Venere vocari finxit, quamvis aequalium morem imitatum tamen elegantissime ab eo discessisse concedas. Unum vero locum simillimum, quo Helena Veneris filia, nimirum per eandem metaphoram, dicitur, exhibet Ptolemaeus Hephaestio (Westerm. mythogr. p. 188, 22), de quo Engelmannus in Roscheri lex. myth. p. 1932 recte haec: 'Die Entstehung dieser Wendung ist bei dem Liebreize der Helena und bei der Fürsorge, welche ihr Aphrodite beständig zuteil werden lässt, leicht erklärlich'. Quid? quod etiam apud Ovidium Paris ipse Helenam cum Venere comparat v. 137 sq.:

'his similes vultus, quantum reminiscor, habebat,
venit in arbitrium cum Cytherea meum' (adde v. 334.).

Iudicium denique ipsum Paris quam brevissime tangit v. 87 sq. (de Venere):

'dixit et ex aequo donis formaque probata
victorem caelo rettulit illa pedem',

quibuscum bene conferantur Colluthi verba, quibus Paris Helenae idem narrat v. 293: Κύπριδος ἀγλαΐην καὶ ἐπήρατον ᾔνεσα μορφήν, ubi non magis quam apud Nasonem Discordiae mali mentio fit, quod, ut par est, poeta eo, quo ipse rem absolvit, loco Veneri a Paride donari fingit (v. 167 sq.). Qua in re consentire Lucianum (§ 16) paene non opus est moneri.

Causa autem diiudicata Venerem, scilicet una cum deabus ceteris, statim ad superos redeuntem Naso facit: apud Colluthum eandem, ubi praemium accepit, ob victoriam superbia inflatam in Iunonem et Minervam conviciis vehementissimis invehi videmus (v. 172 sqq.). Quod etsi ut minime aptum neque Ovidius nec Lucianus in usum converterunt, et ipsum a Collutho quamvis nimio carminis rhetorice ornandi studio amplificatum ad exemplar alexandrinum expressum esse contendi licet. Eo enim optime exponitur, quantas Iuno et Minerva, deae non solum spretae sed etiam contumeliis affectae, cum Paride omnibusque Troianis

[1]) Cf. Rohde p. 156 adn. 2. Ceterum prima huius comparationis exempla edit Homerus (Ω 699. Ι 389. δ 14. ρ 37).

inimicitias susceperint quantaque numina Paridis coniugio obstiterint: quod diserte indicant Ovidius, qui Helenam periculum suspicantem fingit v. 241 sqq.:

'utque favet Cytherea tibi, quia vicit habetque
parta per arbitrium bina tropaea tuum,
sic illas vereor, quae, si tua gloria vera est,
iudice te causam non tenuere deae',

et Colluthus ipse, qui eo, quod Minervam navi Paridis aedificandae defuisse planis verbis profitetur (v. 201) fabulae ratione a se instituta haudquaquam coactus, exemplaris frustulum haud dubie servavit. Atque auctorem hellenistam, cum etiam tempestatem excitari, sicut Colluthus, manifesto effinxerit, irae Iunonis quoque — non enim alia dea procellam, cuius causam Colluthus inepte tacet (v. 206 sqq.), excitavit[1] — memoriam fecisse veri dissimile non est (cf. etiam v. 192).

Hic iam subsistamus. Etenim priusquam reliqua pertractemus, quomodo accidat, ut etiam Luciani non modo fabulae fundamentum, verum ratio quoque describendi cum Ovidianis et Collutheis aliqua ex parte congruant, quaerendum est. Ac primum quidem, quae Lucianus refert, Collutho praesto fuisse infitiandum est: nam et, si hic illum exscripsisset, certe miraremur, quod Colluthus solutae potissimum orationis scriptorem imitatus esset atque eum, qui fabulae, quam carmine ipse protulit, partem tantum enarrat, et, si quis hac in re illustranda sectatus esset Lucianum, omnia procul dubio lascivius exposuisset quam Colluthus.

Tum, ut hoc simul absolvatur, ne Ovidium quidem praeter auctorem alexandrinum Colluthi fontem fuisse patet: nam quamvis illius carmina plerisque pervulgata huic quoque nota fuisse putes, non tamen facile tibi persuadeas futurum fuisse, ut fabula qualis a Nasone exhibetur adhibita cunctum argumentum ita componeretur, ut evaderet opus tam multis auctum et ab Ovidiano discrepans quam Colluthi poema. Denique Lucianum rem ex Ovidii epistulis desumptam de suo formasse atque exornasse nemo est qui opinetur, praesertim cum ille poetarum graecorum fontem inexhaustum certe melius novisset, quam ut hortus ei

[1] Iuno ὄμβρων μήτηρ, ἀνέμων τροφός dicitur Orph. hymn. XVI 4.

vis irrigandus esset romanorum. Num vero Ovidii epistulae i notae fuerint, dubitari potest.

Quod si ita sese habet, narrationem, cui Lucianus dialogum iperstruxit, ex eodem, quo Colluthus usus est, exemplari petam esse iure statuamus alexandrino. Sed altera huc pertinet itiocinatio. Inde enim ab Euripidis aetate eiusque exemplis ommotos tragoediarum scriptores iterum iterumque fabulas, iarum argumenta amatoria sunt, dedisse constat, idemque arguentorum genus comicis quoque usui fuisse per se apparet. empore autem progrediente cum deverbiis omissis histriones hil nisi gestus agentes inducerentur, evasit qui dicitur panmimus, ad quem conficiendum e poesis scaenicae fabulis m aliae tum amatoriae adhiberi solebant. Itaque accidit, ut ıs quoque fabulae, quae est de Paridis et Helenae amoribus, rtes saltatione repraesentarentur. Quarum Lucianus ipse, i pleraque fere quae de pantomimo nobis nota sunt debemus, libelli περὶ ὀρχήσεως conscripti capite 45 has affert: τὸν χριδος ξενισμὸν καὶ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν μετὰ τὴν ἐπὶ τῷ ήλῳ κρίσιν, — νομιστέον γὰρ τῇ Σπαρτιατικῇ ἱστορίᾳ καὶ ν Ἰλιακὴν συνῆφθαι, πολλὴν οὖσαν καὶ πολυπρόσωπον.[1]

Quae cum ita sint, Lucianum in illo deorum dialogorum pite XX, quod inscribitur Θεῶν κρίσις, componendo pantomium, quo certamen dearum Paridisque iudicium actum est, te oculos habuisse, dialogi contextum ex imitatione exempli exandrini in universum condidisse qui mecum sentit, haud igua veri specie suspicetur. Quae coniectura nescio an paullo probabilior quam Welckeri, qui Lucianum imaginem quanm respexisse existimat[2]; quod tamen praeter illud factum se certis rationibus negari sane nequit.[3] Sic autem discrina, quae inter Colluthi et Luciani narrationes videmus interdere, velut quod apud hunc nonnulla copiosius tractata legias, optime explicari puto.

---

[1]) De his rebus modo expositis earumque testimoniis vide sis Rohde 35 sqq.

[2]) Annali l. l. p. 148 adn. 2.

[3]) Ceterum Lucianum etiam comoedias cognitas habuisse ex eisque aedam delibasse patet: cf. Rabasté 'quid comicis debuerit Lucianus', Paris. 56. Kock in Mus. Rhen. vol. XLIII p. 29 sqq.

Relinquitur, ut de fonte, e quo auctor ille hellenistes illam de Paridis iudicio fabulam mutuam sumpsisse videtur, pauca addamus. Fundamenta autem eum Cypriis debere apertum est. In eis enim quid quaeque dearum Paridi promiserit, ut e Proclo concludi nequit, sic Apollodori epitomator his verbis indicat: αἱ δὲ ἐπαγγέλλονται δῶρα δώσειν Ἀλεξάνδρῳ, Ἥρα μὲν πασῶν προκριθεῖσα βασιλείαν πάντων, Ἀθηνᾶ δὲ πολέμου νίκην, Ἀφροδίτη δὲ γάμον Ἑλένης. [1]) Minus fructus capi potuit e narratione, qualem Euripides tradidit, quippe qui et ipse Cypriorum maxime auctorem secutus sit nec tam accurate quam ille rem absolverit. Unius tamen rei insignis postea a poeta alexandrino arreptae et excultae principium quamvis tenuissimum iam in narratione Euripidea latere arbitror. Paullo enim memoriam antiquissimam Euripides immutat, quod Paridem de dearum formositate iudicavisse magis ceteris affirmat (Andr. 279. Hel. 26. Iph. A. 184. 1309. Troad. 975): facillime igitur longius progressus auctor hellenistes rem ita effingere potuit, ut certamen de pulchritudine institutum gravioris momenti quam iudicium de donis latum appareret. Id autem eum primum novasse credibile cum videatur, eius magis quam Cypriorum aut Euripidis [2]) vestigiis Nasonem hic insistere persuasum habemus. —

Postquam *ex Ida Troiam rediit*, vehementissimo Helenae amore incensus Paris semper id spectat, ut in Graeciam proficiscatur. Dicit autem de desiderio suo v. 101 sqq.:

'te vigilans oculis, animo te nocte videbam,
lumina cum placido victa sopore iacent.
quid facies praesens, quae nondum visa placebas?
ardebam, quamvis hinc procul ignis erat';

cf. etiam v. 36: 'te prius optavi, quam mihi nota fores'. Quas sententias ad Alexandrinorum exemplum confectas esse Rohde p. 157 docet. Quid vero? quod cum v. 103 quae aptissime comparentur, apud Colluthum extant v. 193, ubi Paris

---

[1]) Cap. XI 2. cf. Wagner 'cur. myth.' p. 173.

[2]) Eius locos, quibus vel universum iudicium vel promissa tantum dearum attinguntur, apponi liceat: Andr. 274 sqq. Hec. 629 sqq. 944 sqq. Hel. 23 sqq. 357 sqq. 676 sqq. Iph. A. 180 sqq. 573 sqq. 1284 sqq. Troad. 924 sqq. 971 sqq.

icitur ἱμείρων ὑπ' ἔρωτι καὶ ἣν οὐκ εἶδε[1]) διώκων. Cuius enunati priorem partem Ovidius pluribus persequitur, cum Paridem əse a permultis puellis petitum esse profitentem faciat v. 93 sqq.:

'utque ego te cupio, sic me cupiere puellae:
multarum votum sola tenere potes.
nec tantum regum natae petiere ducumque,
sed nymphis etiam curaque amorque fui,
[quas super Oenonem facies mirabar: in orbe
nec Priamo est a te dignior ulla nurus.]
sed mihi cunctarum subeunt fastidia, postquam
coniugii spes est, Tyndari, facta tui'.

)uae disticha colorem, qualis Alexandrinorum in carminibus matoriis saepe fuit, prae se ferre neminem fugit, quamquam ullus invenitur locus, qui cum hoc Ovidiano plane congruat. oeta enim amasii vel amatae venustatem, ut de ea exponat, on tam describit, quam quid ea effectum sit dicit: quod ellenistis potissimum usitatum fuisse exploratum est. Similia xempla a Diltheyo ('Cyd.' p. 32 sqq.) et Rohdio (p. 152 adn. 1 t p. 162 adn. 2) afferuntur, quorum praeclarissimum haud dubie st Acontii amatores praeter Cydippam omnes despicientis Callim. fgm. 260 Schn. Dilthey p. 44.). Addi liceat locum heocriteum, ubi Cyclops a puellis sese desiderari affirmat dyll. XX 77): πολλὰ συμπαίσδεν με κόραι τὰν νύκτα κέλονται. egitur vero, quod gravissimum videtur, apud Dionem Chryostomum simillimus locus, quo Paridis erga Helenam amor lustratur (or. XX p. 294, 31 Dind.): καὶ δὴ τὰς μὲν ἐν Ἰλίῳ ύμφας καὶ παρθένους ἅτε τύραννος ὢν ἠτίμαζε καὶ οὐκ ᾤετο ξίας τυχεῖν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς Λυδῶν τε καὶ Φρυγῶν, τάς τε Λέσβῳ καὶ τὰς ἐν Μυσίᾳ γυναῖκας ὑπερεώρα. Itaque quamvis)vidium illas sententias ex apparatu, ut ita dicam, τόπων ἐρωικῶν sumpsisse putes, tamen cum etiam Dio, quippe quem ellenistarum aemulum fuisse constet[2]), easdem fere expresserit, trumque loci illius fundamentum e communi fonte alexandrino promptum suo more rhetorice amplificasse haesito an recte

[1]) Sic optimus cod. Mutin., quamquam si alterum Ovidii versum respiaus, an ceterorum librorum msc. lectio οἶδε illi praeferenda sit, hic dem dubitare possumus.

[2]) De Dione hellenistarum aemulo conf. Rohde p. 298. 509 sqq.

iudicemus.[1]) Distichon autem illud, quo Oenone ineptissime, ut ipsi videtur Wentzelio (p. 43), memoratur, genuinum esse unusquisque infitiabitur, qui praepositionis 'ab' ablativis cum comparativis coniunctis additae usum, qualis v. 98 invenitur, scriptorum recentioris aetatis mediique aevi fuisse non ignorat.[2])

Troiam autem receptum Paridem, ut navibus aedificatis iter faceret, a Venere denuo monitum esse Naso ne minima quidem re indicat. Immo Paris ipsum sese proficiscendi consilium quam celerrime cepisse apud eum dicit v. 105 sq.:

'nec potui debere mihi spem longius istam,
 caerulea peterem quin mea vota via'.

Cui sententiae non obstat, quod Paris postea v. 118 haec profert: 'protinus Aegaeis ire i u b e b a r aquis'. Etenim dea ei Helenae coniugium promittens simul etiam iter suscipiendum mandaverat, id quod Paris v. 16 sqq. affirmat, quibuscum conferantur v. 115 sqq. et Colluth. 166 (νυμφίον ἀϑρήσει σε μετὰ Τροίην Λακεδαίμων, adde v. 203.) et Lucian. § 15, ubi Venus pastori: σὺ μὲν οὖν ἀποδημήσεις κτλ. Nec magis Paridem a Venere admonitum esse narrat Colluthus. Itaque propter Ovidii et Colluthi concentum hoc paene certum videtur clariusque ex iis, quae explicaturi sumus, elucebit auctorem alexandrinum Venerem denuo hortantem non fecisse.

Tanta igitur cupidine captus *Paris classem parandam curat*, cf. v. 107 sqq.:

'Troia caeduntur Phrygia pineta securi
 quaeque erat aequoreis utilis arbor aquis.

---

[1]) Similiter etiam Dracontius Rapt. Hel. v. 61 sqq.:
'iam grex horretur, fontes casa pascua silvae
 flumina rura pigent nec fistula dulcis amatur;
non placet Oenone, sed iam prope turpis habetur . . .
 sordent arva viro post iurgia tanta dearum'.
Quo e carmine vetustorum illustriumque poematum quaedam elucere vestigia non sine iure Buecheler suspicatur (in Mus. Rhen. vol. XXVII p. 477) assentiente Ribbeckio ('Trag. rom.' p. 91).

[2]) Cf. Hand 'Tursellin.' I p. 44. Kühner 'gramm. lat.' II § 90, 3 e. Rönsch 'Itala und Vulgata' 1869 p. 452 sq. Item hellenistas usurpare praepositionem παρά et Neograecos ἀπό Buresch v. d. me docuit (cf. eundem in Fleckeis. Annal. vol. CXLIII p. 540).

ardua proceris spoliantur Gargara silvis,
innumerasque mihi longa dat Ida trabes.
fundatura citas flectuntur robora naves,
texitur et costis panda carina suis.
addimus antemnas et vela sequentia malos,
accipit et pictos puppis adunca deos:
qua tamen ipse vehor, comitata Cupidine parvo
sponsor coniugii stat dea picta sui',

ue breviter tangit Oenone ep. V 41 sq.:

'caesa abies sectaeque trabes et classe parata
caerula ceratas accipit unda rates'.

ter autem Colluthus de ea re disputat v. 194 sqq.:

Δύςπαρις [1]) ἀθροίσας ἐπὶ δάσκιον ἤγαγεν ὕλην
ἀνέρας ἐργοπόνοιο δαήμονας Ἀτρυτώνης.
ἔνθα πολυπρέμνοιο δαϊζόμεναι δρύες Ἴδης
ἤριπον ἀρχεκάκοιο περιφροσύνῃσι Φερέκλου,
ὅς τότε μαργαίνοντι χαριζόμενος βασιλῆι
νῆας Ἀλεξάνδρῳ δρυτόμῳ τεκτήνατο χαλκῷ.

.c ne Ovidio quidem eius nomen, qui classem fabricavit, m fuisse ex uno evincitur epitheto, quo Paris illum signi-. 22: 'feci longa Pherecle a per freta puppe vias'. Quo ısu iterum ad fontem communem revocamur eumque ıdrinum. Nam apud Homerum, qui naves exstruxisse fertur, onides, Pherecli pater, memoratur E 59 sqq.:

Μηριόνης δὲ Φέρεκλον ἐνήρατο, τέκτονος υἱόν
Ἁρμονίδεω, ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα
τεύχειν· ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη.
ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐίσας
ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο.

versus recte interpretatur auctor praefationis borbonicae adem a Wagnero in libro laudato editae (§ 4 p. 298: τὰς ἀρ ναῦς Ἁρμονίδης κατεσκεύασε). Contra Alexandrinos ; illos versus aliter interpretatos negotium a patre ad

---

Δύςπαρις Hom. Γ 39. Ν 769. Δυςελένη Eur. Or. 1387. Iph. A. 1316. ρις Eur. Hec. 945. Αἰνελένη Eustath. p. 379, 34 sqq.

filium transtulisse[1]) Wagner recte animadvertit 'cur. myth.' p. 1[illegible]4. Hellenistis autem poetis hoc nescio an iam Cypriorum scrip[illegible]or praeiverit. Quod ut suspicemur, hac ratione adducimur: sol[illegible]m Pherecli nomen exhibetur in Apollodori epitomis tam Vatica[illegible]na (cap. XI 2) quam Sabbaitica (in Mus. Rhen. vol. XLVI p. 166, 2[illegible]): quarum altera cum ab altera non pendeat, sed utraque sua [illegible]ia ex Apollodori bibliotheca profecta sit, etiam ab Apollod[illegible]ro Phereclum tantum laudatum fuisse iam veri simillimum est .[2]) Sed si Phereclum vindicamus Apollodoro, qui eam fabul[illegible]m totam fere e Cypriis mutuatus est, eundem non sine cau[illegible]a, quamquam e Procli verbis admodum tenuibus de eo nihil el[illegible]ici potest[3]), ipsis quoque Cypriis tribuimus, nisi forte, quod mel[illegible]us probari certe nequit, Apollodorum illius nomen ex hellenistar[illegible]m poematis petitum narrationi suae temere intrusisse tuo iu[illegible]re credis. Itaque Colluthi auctorem id e Cypriis hausisse probab[illegible]le videtur. Praeter eum autem eandem fabulae versionem arrip[illegible]it et Lycophro Alex. 97: τράμπις σ' ὀχήσει καὶ Φερέκλειοι πόδ[illegible]ς, quibus verbis citatis scholiasta ad Nicand. ther. 268 haec add[illegible]t: ὑπὸ γὰρ τοῦ Φερέκλου κατεσκευάσθησαν αἱ νῆες τῷ Ἀλεξάνδρ[illegible], et Tryphiodorus v. 60 sq.: Φέρεκλος νῆας Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνα[illegible]ο, πήματος ἀρχήν.

Complures autem naves aedificatas esse omnes inter se co[illegible]n-sentiunt (cf. Procl., Colluth. v. 199. 201. 318. Ov. l. l.). Quaru[illegible]m qua Paris ipse vectus est, in ea Venus Cupidine comitata s[illegible]e-cundem Nasonem picta erat. Quod lumen utrum Ovidius poet[illegible]e graeco debeat an ipse invenerit, dubitari sane potest.[4]) More[illegible]n

[1]) In eundem errorem incidit scholiasta ad *E* 62: καὶ ὅτι ἀμφίβολ[illegible]ν πότερον ὁ Φέρεκλος ἔπηξε τὰς ναῦς ἢ ὁ Ἁρμονίδης, ἐφ' ἃ καὶ Ἀρίσταρχ[illegible]ς φέρεται (cf. Friedlaender Aristonic. p. 104).

[2]) Num Apollodorus, ut Tzetzes ad Lyc. 93, utramque versionem att[illegible]l-lerit, epitomator Vaticanus alteram elegerit, nos nescire ante fgm. Sabba[illegible]t. inspecta Wagner dixit l. l. p. 174.

[3]) ἔπειτα δὲ Ἀφροδίτης ὑποθεμένης ναυπηγεῖται. Ceterum fac ne qu[illegible]d ex Euripide, cui Cypriorum narratio usui fuit, de eadem re colligas: eteni[illegible]n quod Paridem navem exstruxisse item ac Proclus dicit (Hec. 631 sqq. He[illegible] l. 229 sqq.), id ut illius epitomatoris studio brevitatis, sic huius poetae liberta[illegible]i libenter attribuas.

[4]) Similiter Sappho Phaoni Cupidinem comitem fore scribit v. 215 sq[illegible]:
'ipse gubernabit residens in puppe Cupido,
ipse dabit tenera vela legetque manu',

utem, quem hic poeta significat, numinum in navibus pingenlorum, quorum quisque tutelae sese dedit, usitatissimum etiam pud Graecos fuisse Meursius monet ad Lycophr. v. 110.

Denique comites Paridem in Graeciam secutos esse Ovidius idicat ep. XVI 331: 'Troia classis adest armis instructa virisque' ; re rhetorice amplificata ep. XIII 59 sq.:

'classe virisque potens, per quae fera bella geruntur:
et sequitur regni pars quota quemque sui!'

os autem ne apud alexandrinum quidem auctorem defuisse per se patet et forsitan, si quid huic omnino loco tribuere s, colligatur e Colluth. v. 224 sq. Nec tamen erat, cur minatim laudarentur Aeneas, ut a Cypriorum scriptore, aut ii, ut a Dracontio (Rapt. Hel. 235 sqq.).

De *itinere ipso*, quod Colluthus, ut poeta epicus, multo uerius enarrat, apud Nasonem Paris hoc tantum profert 127 sq.:

'portubus egredior ventisque ferentibus usus
applicor in terras, Oebali nympha, tuas',

uibus adde v. 21 sqq. (de Venere):

'hac duce Sigeo dubias a litore feci
longa Phereclea per freta puppe vias;
illa dedit faciles auras ventosque secundos:
in mare nimirum ius habet orta mari'.

f. etiam ep. I 5 sq. V 49 sq. 53 sq. Dissentire hic videmus vidium cum Collutho, qui Paridem saeva tempestate oppressum se tradit v. 206 sqq. Quam vividis coloribus etiam in exemplari exandrino ante oculos positam fuisse cum ob ipsam Colluthi ıitationem facile credas, tum certa ratione probabilius fore ero. Legimus enim apud Colluthum tempestatem illam ab none, puto, missam navigantibus apparuisse πολυτλήτων σημήια ἰχθῶν. Ominum autem mentionem hellenistas in deliciis habuisse stquam e certis exemplis Callimacheis Naeke ('Hec.' p. 244) Hecker ('Comment. Callim.' p. 100) animadverterunt, Dilthey omprobavit loco non fallaci ex Ov. ep. XXI 67 sqq. sumpto, ui eodem fere ac Colluthеus pertinet ('Cyd.' p. 53. 69). Illud gitur de suo invenisse et addidisse ipsum Colluthi auctorem, Nasonem memoriam accepisse 'communem non sine causa con-

tendamus. Nam etsi poetae veteres[1]), quantum scimus, de ea re nulla omnino verba faciunt, inde tamen, quod tacent, concludi licet secundum eos Paridem cursu tranquillo in Graeciam venisse. Quod Ovidius feliciter in usum suum convertit, re tamen ita narrata, ut Venerem Paridi auram praebentem e more Alexandrinorum fingat. Quos deam ex aequore natam amasiis navigantibus subsidium semper ferentem fecisse satis notum est (cf. e. g. fabulam de Leandro pervulgatam). Optime igitur, quantopere illa sibi faveat, Paris hic quoque affirmat.

Versibus sequentibus (212 sqq.) Colluthus, quae loca Troiani praetervecti sint, fusius narrat, num ex imitatione exemplaris alexandrini, incertum nec tamen veri dissimile, quamquam hac occasione data suam ipsius doctrinam, si qua omnino imbutus erat, facillime proponere potuit. Certius autem de v. 213—218 iudicari licet. Suavis enim de Phyllide fabulae, quae illis obiter perstringitur, cum eam a Callimacho in Aetiis tractatam esse Knaack luculenter demonstraverit[2]), argumentum ex Battiadae memoria Colluthum (vel eius auctorem) poemati inseruisse apparet. Sed quae Colluthus de itinere a Paride praeter Graeciae oram facto tradit (v. 219 sqq.), tam obscure tamque confuse aut ab ipso aut a codicum librariis exhibentur, ut certum iudicium nos unquam laturos esse paene desperemus.[3])

[1]) Unus Tzetzes haud dubie veterum, fortasse Cypriorum, vestigiis insistens in Antehomericis haec narrat v. 96 sq:

αὐτὰρ ὅ γ' ἁλμυρὸν ὕδωρ πλεύσας 'Εννοσιγαίου
ἐς Σπάρτην ἐπαγαλλόμενος Διὸς ἤλυθεν οὔροις.

[2]) 'Analecta alexandrino-romana' p. 29 sqq.

[3]) Gravissima sane quaestio, quam alii aliter absolvere studuerunt (cf. Abelii edit. p. 86 sqq.), de nomine Erymanthi v. 226 omnibus codd. tradito existit. Ac primum statuendum est Erymantho, cum hic intelligatur non mons, sed flumen, quod in Arcadia, non in Lacedaemone est, nihil esse cum Eurota. Optime autem corruptela explicari et corrigi potest. Nam quia Paridem a maris litore venisse patet, εἰαμενάς, quae hic laudantur, paludes Eurotae aquis effectas dici manifestum est. Itaque pro Erymanthi nomine Graefius iure proposuit adiectivum ἐριανθεὶς, cuius formam Schneider postea recte mutavit in ἐριάνθους. Ac vocabula sic composita Alexandrinis eorumque sectatoribus optime convenire e lexicis discimus (cf. e. g. ἐρι-αυγής, -αχθής, -βρυχος, -γληνος). Sed cum ea epitheta admodum raro legantur, facillime sane fieri potuit, ut nescio qui librarius illud temere mutaret. Denique Eurota flumine super ripas saepe effuso et in ora maritima et in mediterranea regione

Hoc tamen iure nobis suspicari licet Colluthum suam de illo itinere narrationem in universum e poemate hausisse hellenistae, qui itineris descriptionem hoc loco similiter interposuisse potest atque e. g. Callimachus in fabula de Daedalo prolata (cf. fgm. 5 Schn.) vel fortasse etiam in elegia de Cydippa conscripta (cf. Dilth. p. 48).

Quo Paris naves appulerit, nescio an ipse apud Ovidium indicet v. 29 sq.:

'nam neque tristis hiems neque nos huc appulit error:
Taenaris est classi terra petita mihi',

coll. verbis Helenae ep. XVII 6: 'excepit portu Taenaris ora suo'. Etenim Taenaridem terram, quamvis saepe pro Lacedaemone universa usurpetur, hic tamen proprie regionem circa Taenarum promunturium sitam, quae et ipsa latiore sensu Taenarum vocabatur [1], intelligi malimus respicientes, qui unus eundem locum significat, Lycophronem (v. 90): καὶ δή σε ταύτην Ἁχερουσία τρίβος | καταβάτις πύγαργον . . . ξενώσεται. Quod poetam Cypriis debere Wentzel contendit. [2])

Paridem a Dioscuris hospitaliter exceptum — id quod in Cyprio carmine traditum fuit — pariter praetereunt Colluthus et Ovidius, ut auctorem quoque eorum id tacuisse oriatur suspicio. Properat autem Paris amore impulsus sine mora *Spartam*,

---

paludes, quibus humi fertilitas augetur, effici Curtius docet ('Peloponn.' II p. 216 sq. 288 sq.). — Ceterum tam Schneider quam Abelio fortasse eo versuum ordine satisfit, qui mihi optime constitui videtur: v. 219—225. 231—235. 226—230. 236 sqq. (Abel):

219 τῷ δὲ βαθυκήροιο κτλ . . . . Μυκήνη. (221)
222 οὔπω κεῖθεν κτλ . . . . ἔργα μεμήλει. (225)
231 αὐτὰρ ὃ κτλ . . . . ἀναστέλλοιεν ἀῆται. (235)
226 ἔνθεν ἄρ' κτλ . . . . Θεράπνην. (230)
236 ἄρτι μὲν κτλ.

[1]) Huius paeninsulae in ora ad orientem spectante portus fuisse idoneos nec non postea frequentatos docent Curtius l. l. p. 278 et Bursian 'Geographie von Griechenld.' II p. 150. Vide etiam Colluthum, qui oram, ad quam Paris classem appulit, εὔκολπον dicit v. 224.

[2]) 'Mit Hilfe dieses Ergebnisses lässt sich Lyk. 86—98 auf die Kyprien zurückführen, wodurch dann wiederum Tainaron als Landungsplatz des Alexandros für das Epos gesichert wird (Lyk. 90). Las (Lyk. 95) ist die Stadt der Dioskuren (Paus. III 24, 6. 7.), von denen Paris in den Kyprien bewirtet wird (Procl.)'. p. 57 adn. 33.

in urbem καλλιγύναικα[1]), ubi advenientem a Menelao domi receptum esse sat planis verbis Ovidius testatur (ep. XVI 129). Cui rei prorsus contrarium e Colluthi narratione elucet, qui Paridis adventum ita describit, ut regem abesse sane putandum sit: Helena enim ipsa hospiti occurrit statimque introductum unde adsit interrogat (v. 249 sqq.). Quod a poeta Byzantino, quia ab aetate heroica longius aberat, quam ut eius condiciones rationemque tota mente respicere et assequi posset, ineptissime excogitatum esse iam Lehrs sensit[2]) nec puto quemquam fugit. Auctoritati igitur exemplaris eum hac in re se adstrinxisse mihi quidem persuadere minime possum. Quae opinio etsi per se haudquaquam fidem excedit, magis tamen eo commendatur, quod Colluthus unum credo lumen exemplaris ipse aperte prodit. Facit enim *Paridem, quidquid Spartae visu dignum erat, adeuntem* v. 236 sqq. Quid? quod idem poeta Sulmonensis attingit ep. XVI 131 sq. (de Menelao):

'ille quidem ostendit, quidquid Lacedaemone tota
ostendi dignum conspicuumque fuit'.

Hunc consensum recte fonti vindices communi, cuius aqua liquida puraque profluxit in rivum fabulae Ovidianae, in Colluthеae inscita manu turbata. Itaque Colluthum, ne multus esset, Menelaum, qui ut Paridem ipse cognoscat fabulae natura postulat, consulto praetermisisse, templorum statuarumque, quae advenam ipsum visentem commode fingere potuit, mentionem poematis exornandi causa conservavisse veri simillimum videtur.

Talibus autem in narrationibus inserendis Alexandrinos sibi placuisse e Callimacheo exemplo apertissimum fit: inde enim, quod Cydippe sacra Deliaca sese adisse apud Ovidium dicit (ep. XXI 95 sqq.), Cyrenensem eorum, quae in insula magnifica et mirabilia erant, pleraque persecutum esse Dilthey

[1]) Colluth. v. 228; epitheton sumptum ex Homero, qui cum totam Graeciam (*Β* 683. *Γ* 75. 258. *Ι* 447), tum ipsam Spartam, nimirum propter Helenam (*ν* 412. cf. Eustath. p. 1747, 20) sic appellat (vide etiam Athen. p. 566a). Ceterum puellarum Lacedaemoniarum formositatem Propertius quoque laudat II 28, 53, ubi coll. Ov. ep. XVII 209 Heinsius rectissime scribi vult 'et quot S p a r t a tulit'; adde Prop. III 14 et Mus. Her. et. Leand. 74 sq.

[2]) 'Populäre Aufsätze aus dem Altertum' p. 18: 'Helena selbst kommt wider alles Costum in den Hof des Palastes entgegen'.

merito collegit (p. 54). Nos vero fortuna utimur magis propitia ideo, quod quo minus certi e Nasonis verbis paucis enucleari licet, eo plus in medio proponit Colluthus. Magno autem e numero sacrorum nominatim priore loco affert χρύσεον ἐνδαπίης εἶδος Ἀθήνης (v. 239). Quod certe intelligendum est signum Ἀθηνᾶς Πολιούχου: neque enim, quamvis Spartae alia quoque eiusdem deae fana fuerint, quibus colebatur Ἀθηνᾶ Ἐργάνη vel Ὀπτιλῖτις, ullum tamen celebrius fuit quam illud, quod a Tyndareo in arce olim dedicatum esse fertur, neque ulla dea dignior erat, quae ἐνδαπίη appellaretur, quam illa, quippe quae urbis patrona antiquitus haberetur. Quod cum ita sit, Colluthus eo, quod eius statuam auream dicit, parum accuratus videtur esse: nam ut eius templum, e quo etiam Χαλκίοικος vulgo nominabatur[1]), ita signum quoque aeneum fuisse constat. Itaque Colluthum, sicut Nonnum, in statuis designandis paullo neglegentiorem fuisse cum Tourniero credere malo quam cum Schneidero loci scripturam mutandam esse.[2]) Alterum quod Colluthus laudat sacrum non minus erat celebratum, Καρνείοιο[3]) φίλον κτέρας Ἀπόλλωνος, οἶκος Ἀμυκλαίοιο Ὑακίνθου (v. 240 sq.). Quod haud dubie est antiquissimum illud Apollinis templum Amyclaeum super Hyacinthi sepulcro aedificatum, ubi Hyacinthia quotannis agebantur.[4]) Ac de hoc versu Colluthco simile ac de Phyllidis historia statuendum videtur; sed utrum Colluthus suam de Hyacintho narrationem poemati inseruerit e Nonni Dionysiacis — is enim eandem parcis attingit verbis III 153 sqq. X 253 sqq. XI 363 sq. XXIX 95 sqq. —, ut placuit Lennepio

---

[1]) Cf. Eur. Hel. 245. Troad. 1113. Paus. III 17, 2 sqq. Curtius l. l. p. 227. Bursian l. l. p. 123.

[2]) Cf. Abelii edit. p. 91.

[3]) De *Καρνείῳ*, quod Apollinis Spartae fuit sacrum nobilissimum, vide Paus. III 13, 2 sqq. Curtius l. l. p. 232. Cf. etiam Callimachum, qui in hymn. II de variis cognominibus Apollinis *Οἰκιστοῦ* cum alia disputat tum haec (v. 71 sqq.):

αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον (sc. *καλῶ*)· *ἐμοὶ πατρώϊον οὕτω.*
Σπάρτη τοι, Καρνεῖε, τόδε πρώτιστον ἕδεθλον,
δεύτερον αὖ Θήρη, τρίτατόν γε μὲν ἄστυ Κυρήνης.

[4]) Cf. Paus. III 18, 6 sqq. Strab. VI p. 278. Athen. IV p. 139. Curtius l. l. p. 247. Bursian l. l. p. 122. 129 sq.

(ad Colluth. l. l.) et Knaackio ('anal.' p. 62 adn. 87), an ex opere alexandrini cuiusdam poetae[1]) excerpserit, ambigi potest.

Aliorum autem praeter illa Minervae et Apollinis Hyacinthique fana magnifica velut Διὸς Ὑπάτου vel Ἀφροδίτης Ἀρεία vel Musarum (cf. Paus. III 15, 8 sqq.) memoriam auctorem hellenistam renovasse res ipsa docet. Quae omnia Colluthus vocabulo νηῶν indicare satis habet (v. 237).

Quod cum ita se habeat, in Colluthi fonte, in quo hoc certe primo fictum erat, Paridem unice ut spectatorem ad Menelaum venisse[2]) idque a Nasone acceptum esse videmus. Nihilo secius apud hunc Paris, ubi Helenae veram itineris causam aperit, aliud addit v. 31 sqq.:

'nec me crede fretum merces portante carina
findere — quas habeo, di tueantur opes! —,
nec venio graias veluti spectator ad urbes:
oppida sunt regni divitiora mei.'

Recte autem Wentzel haec (p. 44): 'Das liest sich glatt in dieser negativen Form. Aber dahinter verbirgt sich der Vorwand, unter welchem sich Paris bei Menelaos eingeführt hat. Kann er in irgend einer Erzählung, wenn er wahrscheinlich bleiben wollte, zweierlei vorgeschützt haben?' Itaque cum alterum superfluum sit, sane habemus, cur poetae indiligentiam aliquam opprobrio tribuamus, quae tamen eo paene evanescit, quod postea nunquam de muneribus a Paride Helenae datis sermo fit. Causa autem indiligentiae est, quod Ovidius hic quidem Cypriorum nimis memor fuit: eis enim Paridem, cum Helenae inter cenam dona dedisse tradatur (cf. Procl.), apud Menelaum ut mercatorem inductum esse apparet. Diversas igitur Naso hic commiscuit fabulae formas, antiquiorem et recentiorem. —

Quae, dum *Paris in Menelai domo* exceptus versabatur, gesta sint, ab Ovidio multo explicatur copiosius quam a Colluthо.

---

1) Ab eodem aliquo modo fortasse etiam Lucianus pendet, qui Hyacinthi sepulturam quoque tangit deor. dial. XIV. — Ovidium ipsum, qui Hyacinthiam fabulam metamorphosesin interposuit (X 162 sqq.), narrationes Nicandri et Bionis compilasse non sine causa suspicatur Knaack l. l. p. 60 sqq.

2) Hoc etiam Lucianus exprimit, cum Venerem Paridi haec suadentem faciat (§ 15): *σὺ μὲν ἀποδημήσεις ὡς ἐπὶ θέαν δὴ τῆς Ἑλλάδος, κἀπειδὰν ἀφίκῃ ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ὄψεταί σε ἡ Ἑλένη κτλ.*

l tamen totam rem ut hic absolvit, sic nemo persequi potest i poematis scriptor artis poeticae imperitissimus. Ipsius igitur emplaris expressam imaginem a Collutho sub oculos subici ivis infitietur neque, cum Menelaum a priori absentem poeta llenistes certe non fecerit, longius credo a vero aberremus ntendentes splendorem exemplaris clarius nobis arridere ex idii descriptione quam e Colluthi. Num enim in utriusque ite, cum Alexandrini scaenas domesticas expingendi studiosimi essent, quomodo Paris Helenae gratiam ac voluntatem ullatim assequeretur, summa arte expositum non fuisse credibile ;? Quamquam etiam Ovidius, quia rem, quo magis suasoriam naturae atque indoli accommodaretur, rhetorice exornare nduit, eorum quae iam perlustrabimus luminum nonnulla ex iorum Alexandrinorum apparatu q. d. erotico, qualis nobis unc quidem ex eorum sectatorum scriptis apparet, haud dubie eprompsit. Itaque quibus auctoribus singulos τόπους Naso ebeat, diiudicari nequit nisi locis admodum paucis, quibus cum ollutho conspirat. Sed utut est, istos omnes hic una percenere iuvabit.

Ac primum Paris quantopere Helenae venustatem admiratus it, ipse profitetur v. 133 sqq.:

'sed mihi laudatam cupienti cernere formam
  lumina nil aliud quo caperentur erat.
ut vidi, ut stupui praecordiaque intima sensi
  attonitus curis intumuisse novis'.

psam verborum constructionem 'ut vidi, ut stupui' — sic enim ro tradito 'obstupui' ob exempla modo afferenda cum Bentleio egi velim — ex imitatione Alexandrinorum confectam esse nde elucet, quod eis elegantissimus erat usus voculae ὡς, quae is vel ter posita ad celeritatem quandam significandam adibetur.[1]) Sed haec figura a codicum librariis, quippe qui eius ubtilitatem iam non perspicerent, plerumque ita corrupta est,

[1]) Cf. schol. Theocr. III 42: τὸ ὡς ἀντὶ τοῦ εὐθέως, καὶ Ὅμηρος (Τ 16)· ; ἴδεν, ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος. Homerum ergo eius usus primarium emplum dedisse cognoscimus. Adde Ξ 294, qui locus melius cum Alexannorum exemplis comparatur (de Iove Iunonem vidente): ὡς δ' ἴδεν, ὥς ' ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν, et Theocr. idyll. III 42. II 82 Fritzsch. ad h. l.). Mosch. II 74. Bion I 40. Dilthey 'Cyd.' p. 56.

ut posterior particula 'ut' plane evanesceret, nec dubitabimus, quin pro constructione libris exhibita illa graecae consimilis magisque poetica restituenda sit. Posuimus igitur supra pro 'ut vidi, obstupui' aptius 'ut vidi, ut stupui' — stupendi autem verbum simplex simillimo in sententiarum conexu usurpatur eiusdem epistulae v. 253 —, et scribendum censemus ep. XII 33: 'ut vidi, ut perii[1]) nec notis ignibus arsi', et ep. XIII 89: 'ut vidi, ut gemui[2]) tacitoque in pectore dixi'.

Eius autem rei, quod quam celeriter adulescens puella pulcherrima aspecta amorem capiat, a poetis hellenistis eorumque imitatoribus saepe explicatur, permulta exempla Rohde collegit p. 149 adn. 1—3. —

Summis autem laudibus Helenae formositatem Paris effert v. 141 sqq.:

'magna quidem de te rumor praeconia fecit
nullaque de facie nescia terra tua est:
nec tibi par usquam Phrygia nec solis ab ortu
inter formosas altera nomen habet.
crede sed hoc nobis: minor est tua gloria vero
famaque de forma paene maligna fuit'.

Id quoque ex Alexandrinorum more dictum esse cognoscitur ex eis, quae Charito de Callirrhoae facie memorat (I 1): ἦν τὸ κάλλος οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ θεῖον, οὐδὲ Νηρηίδος ἢ νύμφης τῶν ὀρειῶν, ἀλλ' αὐτῆς τῆς 'Αφροδίτης παρθένου· φήμη δὲ τοῦ παραδόξου θεάματος πανταχοῦ διέτρεχε, itemque apud Ovidium Paris versibus antecedentibus Helenae venustatem Veneris pulchritudini parem esse dicit.

Sed ut Paris Helenae, sic etiam Helena Paridis formositatem admiratur — id quod iam Euripides indicat Iph. A. 583 sqq.

[1]) Hoc Egnatius proposuit pro 'et v. et p.'; quamquam utrum sit praeferendum, hic quidem dubitari licet: nam videmus Ovidio non inusitatum esse verbum, quod iam antecessit, particula 'et' aut addita aut omissa repetere, velut h. l. 'et vidi' post 'vidi' praecedentis versus (cf. Loers. ad h. l.). Sed Egnati coniectura confirmetur loco Vergiliano (ecl. VIII 41): 'ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error' (= Cir. v. 430). — Cum tota autem sententia bene conferas Achill. Tat. I 4, 4: ὡς δὲ εἶδον, εὐθὺς ἀπολώλειν.

[2]) Hoc lenissima mutatione e verbis traditis 'ut vidi, ingemui' correxit Heinsius.

(Paris) τᾶς Ἑλένας | ἐν ἀντωποῖς βλεφάροισιν | ἔρωτα δέδωκας, ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης. Nasonem autem Helenam, ut mulierem adhuc castam probamque, in illius forma praedicanda nimis luxuriantem inducere non potuisse ex eius epistulae ratione apparet (cf. ep. XVII 93 sq. 101 sqq. 251 sqq.). Contra quantopere illo primum aspecto Helena obstupuerit, poetam alexandrinum exposuisse satis puto nobis suspicari licet e narratione Colluthi v. 257 sqq., ubi Helena, quae κόρον οὐκ εἶχεν ὀπωπῆς (cf. Mus. v. 78. Xenoph. Eph. p. 6, 5 sqq.), advenam ita admiratur, ut eum Amorem ipsum vel Dionysum esse opinetur (cf. etiam v. 250 sqq. Rohde p. 155).

Denique insignis pars carminis fortasse ea erat, qua quid *inter cenam* accidisset, enarratum fuit. Cena enim maxime videbatur idonea, inter quam amator puellae amatae, quantum amorem concepisset, vario modo affirmaret.[1]) Cuius describendae occasionem auctorem hellenistam, cum hic potissimum multa cum diligentia suaque voluptate elaborare posset, praetermisisse vix videtur credibile. Itaque Colluthum Menelai memoriam eo libentius abiecisse, quo minus ei tum illud persequendum fuit, Ovidium, qui illam quoque rem feliciter in usum convertit, exemplaris vestigiis insistere concedas, quamquam ne huius quidem descriptionis lumina omnia ex uno eodemque fonte fluxisse putes. Age vero iam perlustremus illos quos dicam locos communes poesis amatoriae.

Paris autem de amoris vi haec refert v. 231 sq.:

'saepe mero volui flammam compescere, at illa
crevit et ebrietas ignis in igne fuit',

quorum posterioris versus sententia clarius exponitur art. I 244: 'et Venus in vinis ignis in igne fuit'. Ac videmus enuntiato 'ignis in igne' poetam interpretari proverbium graecum, quod e Platone (legg. II p. 666[a]) Zenobius affert V 69 (= 'Paroem. gr.' I p. 148 Leutzsch): πῦρ ἐπὶ πῦρ.[2]) Totum autem huius

---

[1] 'Beim gemeinschaftlichen Mahle zumal drückt eine conventionelle Symbolik die innere Empfindung aus'. Rohde p. 164.

[2]) Vide etiam Diogen. VI 71 (= Leutzsch ibid. p. 281). Quod proverbium petitum videtur e comoediis: cf. Cratin. fgm. 18 Aristoph. fgm. 453 K. (adde Eur. fgm. 429 N[2] et Ov. am. III 2, 34.). Similiter autem ceterorum, quos hic tractamus, locorum quosdam originem e comoediis trahere probabile est.

loci sensum ab Alexandrinis profectum esse inde elucet, quod quanta vini potestas in amantibus esset, plus semel indicaverunt. Conferas e. g. praeter Tibulli simillimos versus I 5, 37 sq.:

'saepe ego temptavi curas depellere vino,
at dolor in lacrimas verterat omne merum'

et Ovidiana 'cum Veneris puero non male, Bacche, facis' (art. III 762) Achill. Tat. II 3, 3: Ἔρως καὶ Διόνυσος, δύο βίαιοι θεοί, ψυχὴν κατασχόντες ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν, ὁ μὲν κάων αὐτὴν τῷ συνήθει πυρί, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα φέρων· οἶνος γὰρ ἔρωτος τροφή. Plura eiusdem generis collegerunt Rohde p. 160 adn. 3, Dilthey in Ind. lect. Gotting. 1878/79 p. 18 sqq., Mallet 'quaest. Prop.' p. 42 sq. Paridis autem cum verbis, quae ante distichon supra exscriptum leguntur, 'saepe dedi gemitus' (v. 229), quae Helena respondens respicit v. 79: 'et modo suspiras', comparetur initium epigrammatis Callimachei in Anth. Pal. XII 118 (de hospite amoris ignibus flagrantissimo):

ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν· ὡς ἀνιηρόν
πνεῦμα διὰ στηθέων εἶδες ἀνηγάγετο.

Lacrimas, quas aegerrimo ferens, quod Helenam ut cottidie videt, ita statim abducere nequit, saepe profundit, Paris quasi pudore affectus Menelaum celare vult v. 241 sq.:

'a, quotiens lacrimis venientibus ora reflexi,
ne causam fletus quaereret ille mei'.

Nec hoc quidem sine exemplo Alexandrinorum a poeta dictum esse ex iis intelligitur, quae Aristaenetus de Acontio exponit (p. 129, 5 Dilth.): κλάειν αἰδούμενος τὴν ἡμέραν τὸ δάκρυον ἐταμιεύετο ταῖς νυξίν.

Eis autem quae Paris porro de se profert v. 243 sqq.:

'a, quotiens aliquem narravi potus amorem
ad vultus referens singula verba tuos
indiciumque mei ficto sub nomine feci:
ille ego, si nescis, verus amator eram',

similia apud hellenistas extitisse necessario inde sequitur, quod Nonnus, quem illorum sectatorem diligentissimum fuisse constat, Panem fingit Baccho suadentem, ut apud Beroam, utpote quae duri sit cordis, amores Apollinis aliorumque deorum cantet (XLII 256 sqq.):

Δάφνιν πρῶτον ἄειδε καὶ ἀσταθέος δρόμον Ἠχοῦς
καὶ κτύπον ὑστερόφωνον ἀσιγήτοιο θεαίνης,
ὅττι θεοὺς ποθέοντας ἀπέστυγον· ἀλλὰ καὶ αὐτήν
μέλπε Πίτυν φυγόδεμνον ὀρειάδι σύνδρομον αὔρῃ,
Πανὸς ἀλυσκάζουσαν ἀνυμφεύτους ὑμεναίους
(cf. Rohde p. 164 adn. 5).

Dum pocula convivarum mutantur, Paridem ex eodem, ᴜo ante ipsa bibit, poculo bibisse Helena narrat v. 79 sq.:

'et modo suspiras, modo pocula proxima nobis
sumis, quaque bibi, tu quoque parte bibis',

emque ut amasius faciat, poeta ipse monet art. I 575 sq.:

'fac primus rapias illius tacta labellis
pocula, quaque bibit parte puella, bibas',

ɪod praeter alios multos scriptores a Rohdio p. 164 adn. 3 ıtatos Agathias scholasticus respicit in Anth. Pal. V 261:

εἰμὶ μὲν οὐ φιλόοινος· ὅταν δ' ἐθέλῃς με μεθύσσαι,
πρῶτα σὺ γευομένη πρόςφερε καὶ δέχομαι.
εἰ γὰρ ἐπιψαύσεις τοῖς χείλεσιν, οὐκέτι νήφειν
εὐμαρὲς οὐδὲ φυγεῖν τὸν γλυκὺν οἰνοχόον·
πορθμεύει γάρ ἔμοιγε κύλιξ παρὰ σοῦ τὸ φίλημα
καί μοι ἀπαγγέλλει τὴν χάριν, ἣν ἔλαβεν·

lde Meleagri epigramma ibid. V 171.

Quae si ex imitatione Alexandrinorum scripta esse recte ıtuimus, ne ea quidem eorum ingenium adeo videri spirare gandum est, ut veri simillimum sit illis deberi, quae Paris licat v. 255 sq.:

'oscula si natae dederas, ego protinus illa
Hermiones tenero laetus ab ore tuli';

ɔ tamen huius potissimum sententiae exempla invenimus. — Helena autem in epistula XVII haec dicere pergit v. 81 sq.:

'a, quotiens digitis, quotiens ego tecta notavi
signa supercilio paene loquente dari'.

amquam idem apud scriptores graecos nunc quidem non itur — nisi forte huc afferre vis simillimam sententiam versus ecii in Anth. Pal. V 130, 6: ὀφθαλμοὶ γλώσσης ἀξιοπιστό-ιοι (cf. Ov. art. I 574: 'saepe tacens vocem verbaque vultus

habet') —, inde tamen, quod ille τόπος non modo in Nasonis, verum etiam in Tibulli carminibus plus semel invenitur[1]), eundem, fortasse e comoedia petitum, apud hellenistas usitatum fuisse merito collegit Rohde p. 164 adn. 4. Nec minore iure ab Alexandrinis descriptam fuisse arbitremur eam amantium consuetudinem, quam Helena explicat v. 87 sq.:

'orbe quoque in mensae legi sub nomine nostro,
quod deducta mero littera fecit: amo'

(cf. art. I 571 sq. Tib. I 6, 19 sq.).

Itemque e magna copia τόπων ἐρωτικῶν, quibus poetae alexandrini iterum iterumque narrationes similes exornare solebant quosque ab eis postea romani in apparatum suum amatorium acceperunt, videntur sumpta esse, quae Paris profert v. 249 sqq.:

'prodita sunt, memini, tunica tua pectora laxa
atque oculis aditum nuda dedere meis,
pectora vel puris nivibus vel lacte tuamque
complexo matrem candidiora Iove'.

Simile enim de Helena dici videmus etiam a Propertio II 15, 13 sq.:

'ipse Paris nuda fertur periisse Lacaena,
cum Menelaeo surgeret e thalamo' (cf. Tib. I 6, 18).

Accedit, ut Ovidius, quod candidam Helenae pulchritudinem cum lactis et nivis colore comparat, hellenistarum vestigia haud secus sequatur ac Nonnus nonnullique alii posterioris aetatis scriptores, quos vide apud Rohd. p. 153 adn. 2. Helenae autem de pectoris venustate alter locus extat gravissimus iam apud Euripidem, qui Troia capta Menelaum coniugis pectore nudo conspecto, ut eius vitae parceret, misericordia commotum esse tradit Andr. 629 sq.:

ἀλλ' ὡς ἐςεῖδες μαστόν, ἐκβαλὼν ξίφος
φίλημ' ἐδέξω,

quae Aristophanes respicit Lysistr. 155 sq.:

ὁ γῶν Μενέλαος τᾶς 'Ελένας τὰ μᾶλά πα
γυμνᾶς παραϊδὼν ἐξέβαλ' οἰῶ τὸ ξίφος.

[1]) Cf. Ov. am. I 4, 17 sqq. II 5, 17 sq. art. I 565 sqq. Tib. I 2, 21 sq. 6, 19.

idemque iam a Lesche in Iliade parva narratum fuisse Robert putat.[1])

Helenae autem pectore conspecto quid factum sit, Paris memorat v. 253 sq.:

'dum stupeo visis, — nam pocula forte tenebam —
tortilis a digitis excidit ansa meis',

quo disticho non minus quam ceteris ad Alexandrinorum auctoritatem nos revocari e locis similibus sequitur velut ep. XX 205 sqq. et Prop. IV 4, 21 sq. (Tarpeia):

'obstupuit regis facie et regalibus armis
interque oblitas excidit urna manus'.[2])

Maxime vero animus Paridis eo excitatus est, quod Menelao, cui propter id ipsum magnopere invidet, omnibus amoris voluptatibus, quas ipse petiturus est, coram eo frui licuit: quam invidiam Paris apud Ovidium copiosius illustrat v. 213 sqq. Atque etiam hoc lumen quodam modo Alexandrinis deberi Rohdio concedas (p. 163 adn. 1). —

Talem igitur vel similem quandam cenae illius imaginem coloribus sat vividis in Ovidii Colluthique fonte depictam fuisse non sine causa conicimus nobisque eo facilius credo assentieris videns antiquissima quoque fabulae forma, qualis Cypriis tradita fuit, poetam ad cenam describendam quasi invitatum esse. Eis enim Paris Helenae dona dicitur attulisse παρὰ τὴν εὐωχίαν (Procl.). Dona vero ipsum ferentem Paridem poeta alexandrinus, quippe qui eum ut spectatorem induxisset, fingere non potuit: Ovidius ut, etsi hic praecipue illum secutus est, id quoque epistulae interponeret, rem ita commutavit, ut Paridem Helenae munera promittentem faceret v. 337 sq.:

'dona pater fratresque et cum genetrice sorores
Iliadesque omnes totaque Troia dabit'

(cf. etiam ep. XVII 65. 71 sq.). Mediam igitur, ut ita dicam, viam ingressus memoriam et vetustiorem et recentiorem componere artificiose ac contexere videtur. —

---

[1]) 'Bild und Lied' p. 77 sq. Cf. etiam Quint. Sm. XIII 389 sqq. Verg. Aen. II 589 sqq. et Wagner 'cur. myth.' p. 240.

[2]) Cf. Dilthey 'Cyd.' p. 55. Sittl 'die Gebärden der Griechen und Römer' 1890 p. 13.

Intelligimus Paridem, quanto amore cruciaretur, Helenae aperte profiteri nondum potuisse. Itaque dum Menelaus domi versatur, eum ad dolum (cf. art. II 251 sqq.) refugisse Naso indicat. Atque ut cum Helena communicaret, sese adisse eius ministras ipse dicit v. 259 sq.:

'et comitum primas Clymenen Aethramque tuarum
ausus sum blandis nuper adire sonis',

et Helena, quae Aethram eius voces sibi rettulisse v. 150 affirmat, eum ut idem facere pergat hortatur v. 267 sq.:

'cetera per socias Clymenen Aethramque loquamur,
quae mihi sunt comites consiliumque duae'.

Partes igitur illae agunt easdem, quae alibi tribui solent nutricibus. Quae quanta cum puellis graecis familiaritate usae sint, sat fit apertum e tragoediis maximeque Euripideis: quarum exemplo haud dubie commoti etiam poetae hellenistae nutricem aliamve ancillam in fabulis amatoriis ita induxerunt, ut amicae potius ac sociae munere fungeretur nec raro magis fere familiari usu cum domina, sive innupta sive nupta, coniuncta fingeretur quam ipsa eius mater. Eandemque esse condicionem apud Ovidium videmus nutricis Canacae (ep. XI 33 sq.), Herus (ep. XIX 26 sqq.), Cydippae (ep. XXI 95 sqq.), Anaxaretae (met. XIV 703 sqq.). Quorum cum ea saltem exempla, quae in epistulis Herus et Cydippae extant, e scriptis Callimacheis petita esse iam non incertum sit [1]), Clymenam quoque et Aethram a Nasone ex imitatione Alexandrinorum introductas esse non sine aliquo iure mecum statuas.

Accedit autem, quod Ovidius altera illarum laudata memoriam certe haud ita pervulgatam attingit. Clymenam enim Helenae Lacedaemone versantis ministram fuisse praeter illum, ut nunc quidem constat, nemo tradit, verum forsitan inde tantum colligi liceat, quod Troiae, quam in urbem cum Helena Aethram venisse Hyginus testatur (fab. 92), praeter hanc etiam Clymene illius ancilla fuisse dicitur Hom. Γ 144, ubi Helena domo exit

οὐκ οἴη· ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο,
Αἴθρη, Πιτθῆος θυγάτηρ, Κλυμένη τε βοῶπις.

[1]) Cf. Klemm l. l. p. 23. Dilthey 'Cyd.' p. 65. Rohde p. 163.

Sed si eorum versuum posteriorem genuinum esse cum Aristonico[1]) negare mavis, omnium primus eiusdem rei testis videtur esse Stesichorus, quem in Leschae Delphicae imagine, qua Troiae excidium depictum fuit, describenda Pausanias affert (X 26, 1): τῶν γυναικῶν τῶν μεταξὺ τῆς τε Αἴθρας καὶ Νέστορός εἰσιν ἄνωθεν τούτων αἰχμάλωτοι καὶ αὗται, Κλυμένη τε καὶ Κρέουσα καὶ Ἀριστομάχη καὶ Ξενοδίκη. Κλυμένην μὲν οὖν Στησίχορος ἐν Ἰλίου περσίδι κατηρίθμηκεν ἐν ταῖς αἰχμαλώτοις. Quod cum ita sit, Clymenam etiam in pictura quadam praeter Helenam et Aethram Paridem secuturam repraesentari Schlie nescio an recte contendat.[2])

Aethra quomodo ad Helenam venerit, certius iudicari potest. Mater enim erat Thesei, quam Lacedaemonii, cum Castore et Polluce ducibus Athenas[3]) expugnavissent, captam Helenae in servitutem tradiderunt. Quae fabula ad Helenae aetatem, quae est ante Menelai nuptias, pertinet artissimeque cohaeret cum *Helenae a Theseo abreptae historia.* Hanc autem Ovidius quoque tangit ep. XVI 149 sqq.:

'ergo arsit merito, qui noverat omnia, Theseus,
et visa est tanto digna rapina viro,
more tuae gentis nitido dum nuda palaestra
ludis et es nudis femina mixta viris'

(adde ep. V 127 sq. met. XV 233).

Atque puellam ad ripam Eurotae fluminis frigidi (am. II 17, 32. χιόνεος Colluth. v. 231) in palaestra sese exercuisse etiam Propertius refert III 13, 17 sqq.:

'qualis et Eurotae Pollux et Castor arenis,
hic victor pugnis, ille futurus equis,
inter quos Helene nudis capere arma papillis
fertur nec fratres erubuisse deos'

---

1) Ad Γ 144 et Η 10 (Friedländer p. 84. 127). Adde schol. Townl. ad Γ 144. Nägelsbach 'Anmerkungen zur Ilias' p. 369 sq. Prigge 'de Thesei rebus gestis quaestionum capita duo', diss. Marpurg. 1891 p. 32 sq.

2) 'Die Darstellungen des troischen Sagenkreises auf etruskischen Aschenkisten' 1868 p. 32. cf. etiam Robert l. l. p. 73.

3) Cf. etiam Ov. ep. VIII 71 sq. De Aphidna, quae a nonnullis scriptoribus pro Athenis memoratur, vide quae docte disseruit Wagner 'cur. myth.' p. 152 sqq.

(cf. etiam Stat. silv. IV 8, 28 sq.). Quod quo magis eluceat, respicienda sunt verba cum scholiastae ad Theocr. idyll. XVIII 23: ὅτι ἔθος εἶχον αἱ Λάκαιναι καὶ αἱ Σπαρτιατίδες κόραι ἀνδρείοις γυμνασίοις καὶ δρόμοις ἀσκεῖσθαι δῆλον, tum Eustathii ad Hom. Ξ p. 975, 37: Αἴλιος Διονύσιος δωριάζειν φησὶ τὸ παραφαίνειν καὶ παραγυμνοῦν πολύ τι τοῦ σώματος. αἱ γὰρ κατὰ Πελοπόννησόν φησι κόραι διημέρευον ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες, ἱμάτιον μόνον ἐπὶ θατέρᾳ ἐπιπεπορπημέναι (adde schol. Eur. Hec. 934. O. Müller 'Dorier' II² p. 260). Recte igitur Engelmannus haec (in Rosch. lex. I p. 1932): 'Durch eine Vorausnahme späterer spartanischer Sitte lässt die Sage die Helena ganz wie die spartanischen Mädchen in allerhand körperlichen Übungen erzogen werden'. Cuius fabulae versionis unum praeterea habemus testem Euripidem, qui Peleum apud Menelaum eundem morem reprehendentem facit Andr. 595 sqq.:

οὐδ' ἄν, εἰ βούλοιτό τις,
σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη,
αἳ ξὺν νέοισιν ἐξερημοῦσαι δόμους
γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένοις
δρόμους παλαίστρας τ' οὐκ ἀνασχέτους ἐμοί
κοινὰς ἔχουσι. κᾆτα θαυμάζειν χρεών,
εἰ μὴ γυναῖκας σώφρονας παιδεύετε; (cf. Hel. 207 sqq.)

quibus addi licet tragici cuiusdam versus a Cicerone Tusc. disp. II 15, 36 servatos, qui ex Meleagro Accii sumpti esse Ribbeckio videntur, inc. inc. fab. fgm. CXI:

'nihil horum simile est apud Lacaenas virgines,
quibus magis palaestra Eurota sol pulvis labos
militia studio est quam fertilitas barbara'.

Alexandrinos vero hanc rem arripuisse docent exempla: illo enim in hymenaeo, quem Theocritus in laudem Menelai Helenaeque confecit, puellae aequales Helenaeque amicae haec canunt v. 22 sq.:

ἄμμες δ' αἱ πᾶσαι συνομάλικες, αἷς δρόμος ωὑτός
χρισαμέναις ἀνδριστὶ παρ' Εὐρώταο λοετροῖς.

Callimachus autem easdem certe Dioscurorum exercitationes significat hymn. V 23 sqq. (de Venere ante Paridis iudicium):

ἃ δὲ δὶς ἑξήκοντα διαθρέξασα διαύλως,
οἷα παρ' Εὐρώτα τοὶ Λακεδαιμόνιοι
ἀστέρες[1]), ἐμπεράμως ἐνετρίψατο λιτὰ λαβοῖσα
χρίματα, τᾶς ἰδίας ἔκγονα φυταλιᾶς.

Nec non Colluthum aliquo modo huc spectare puto, cum Hermionam a matre desertam querentem fingat v. 355 sq.:

μὴ διεροῖς στονόεντος ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις
νηχομένην ἐκάλυψεν ὑποβρυχίη σε γαλήνη;

et ancillas, quae eam consolari volunt, respondentes v. 340 sq.:

ἢ χρόα πατρῴοιο λοεσσομένη ποταμοῖο
ᾤχετο καὶ δήθυνεν ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις.

Ac ne Lucianum quidem ludos Helenae gymnicos praetermittere videmus: apud eum enim Helena a Venere vocatur γυμνὰς τὰ πολλὰ καὶ παλαιστική (§ 14), — post quae verba mentio fit τοῦ Θησέως ἄωρον ἔτι ἁρπάσαντος. Cuius de Theseo fabulae formam, qualem apud Ovidium — ab hoc certe non inventam — legimus, primis ab hellenistis poetis excultam et fortasse etiam a Nasonis Luciani Colluthi auctore perhibitam fuisse ex horum concentu haud incepte suspiceris.

De *Helenae origine*, ut hoc simul absolvatur, notissimam memoriam et Ovidius et Lucianus sequitur. Ab eis enim Helena Ledae, mulieris pulcherrimae[2]), ab Iove deceptae[3]) filia fuisse

---

[1]) Similiter Dioscuri Ov. am. II 11, 29 dicuntur 'fecundae sidera Ledae'.

[2]) Quod Ledam habuisse comam nigram alio loco dicit (am. II 4, 42), Nasonem debere imaginibus, in quibus illa nigris crinibus ornata pingi solebat (cf. Wunderer diss. Erlang. l. l.), probabilius est quam poetae nescio cui alexandrino, quamquam hellenistae quoque, si cuius pulchritudinem praeclaram describebant, eam praeter alia etiam nigro capillorum colore fingebant (cf. Rohde p. 153 adn. 3.); flavis capillis Leda ornatur in Anth. Pal. V 65, 2. Ceterum inter homines pulcherrimos Leda numeratur apud Ov. am. I 10, 1 sqq. Prop. II 38, 51 sqq. Luc. dial. mort. XVIII 1.

[3]) Iovem forma cygni indutum albi (Ov. am. I 10,3. cf. ep. XVI 251 sq. Eur. Hel. 216.) hoc 'furtum' (= κλέμμα A. P. V 18, 2) ad Eurotam flumen commisisse docent et imagines, in quibus fluvium non procul abesse palma apposita indicatur (cf. O. Jahn 'Archaeol. Beitr.' p. 1 sqq. Overbeck 'Kunstmythol. d. Zeus' p. 489 sqq.) — ad eas autem spectat Antiphilus in Anth. Pal. V 307 — et scriptorum consensus (cf. Ov. ep. VIII 67: 'fluminei mendacia cygni'. Hyg. fab. 77. Apollod. III 10, 7. Cedren. histor. I 212. Tzetz. ad Lyc. 88). — Illam de Iove Ledaque fabulam ut simplicissimam iam videtur

fertur (cf. Ov. ep. XVII 55 sq. XVI 1. 85 sq. 294. Luc. d. d. XX 14). E verbis Colluthi, qui Helenam dicit ἀριζήλοιο Διὸς γενέθλην (v. 349), nihil certi concludi potest. Nec tamen hoc cum illa memoria magis pugnat quam alterum illud, quod ab eodem Helena vocatur Τυνδαρεώνη (v. 378) [1]) itemque ab Ovidio Tyndaris (ep. XVI 100. XVII 118. cf. V 91. am. II 12, 18. art. I 746). Recte enim Servius ad Aen. II 601: 'Tyndaridis: atqui Iovis est, non Tyndarei filia; sed sic dicimus Tyndaridis de Helena, ut de Hercule Amphitryoniades (cf. etiam Engelmann in Rosch. lex. I p. 1932). —

Paucis diebus [2]) post Paridis adventum *Menelaum iter in Cretam suscepisse* Paris dicit v. 301 sqq.:

'non habuit tempus, quo Cresia regna videret,
aptius — o mira calliditate virum! —;
exit et: Idaei mando tibi, dixit iturus,
curam pro nobis hospitis, uxor, agas'.

Cuius itineris apud graecum quoque auctorem mentionem fieri oportuit, siquidem eum Menelaum, cum Paris Spartam veniret, absentem non fecisse nobis concedis. Confirmatur autem haec coniectura eo, quod Colluthus, etsi Paridem a rege cognosci omnino non finxit, tamen temperare sibi non potuit, quin illud levissime attingeret. Hermionam enim puellam, postquam mater abiit, aves fingit monentem, ut patri, quid acciderit, referant νοστήσαντες ἐπὶ Κρήτην (v. 384). Qua in re auctor Colluthi Ovidiique Cypriorum potissimum memoriam arripuit, e quibus Proclus haec profert: καὶ μετὰ ταῦτα Μενέλαος εἰς Κρήτην ἐκπλεῖ κελεύσας τὴν Ἑλένην τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, ἕως ἂν ἀπαλλαγῶσιν. [3]) Quorum maxime vestigia utrum Ovidius

agnovisse Homerus, esti nihil tradit nisi Helenam fuisse Iovis filiam (Γ 426. δ 184. 227. 569. λ 298 sq.), plurimis locis perstringit Euripides (Hel. 17 sqq. 200. 214 sqq. 1144 sqq. 1645. Iph. A. 795 sqq. Orest. 1386 sq.), Contra Nemesin et Iovem Helenae parentes fuisse Cypriorum auctor narrat ap. Athen. VIII p. 334c (fgm. 7 K).

[1]) Hoc vocabulum praeterea nusquam legitur nisi apud Christodorum (ecphr. 167) ac Tzetzam (Posthom. 731 al.).

[2]) Cypriorum poetam ex heroicae aetatis more certum spatium novem dierum tradidisse ex Apollodori narratione Wagner merito collegit 'cur. myth.' p. 174.

[3]) Menelaum in Cretam discessisse Euripides quoque uno indicat loco (Troad. 944. cf. etiam Hel. 203 sq. et Ov. art. II 361 sq. rem. 773).

propter ea, quae Menelaus uxori de hospite mandavisse dicitur, hic secutus sit an auctoritatem exemplaris alexandrini, incertum est, cum in hoc num idem mandatum disertis verbis prolatum sit, erui nequeat.

Menelao autem profecto *Paris* audacior factus *Helenam, ut Troiam secum abeat,* omnibus modis *commovere vult.* Quod ut exponeret, Naso eum epistulam scribentem fecit, Colluthus, qui carmen epicum composuit, illum Helenamque inter se colloquentes inducere coactus est. Sed quamquam Colluthus totam hanc rem iusto paucioribus absolvit, nonnullae tamen etsi non semper verborum, at certe sententiarum similitudines inter ea inveniuntur, quae apud eum Paris cum Helena communicat et quae apud poetam romanum. Conferamus, si placet, haec:

Paris Priami filium sese esse profitetur apud Colluthum v. 285 sqq.:

εἰμί, γύναι, Πριάμοιο πολυχρύσου φίλος υἱός,
εἰμὶ δὲ Δαρδανίδης· ὁ δὲ Δάρδανος ἐκ Διὸς ἦεν·
ᾧ καὶ ἀπ' Οὐλύμποιο θεοὶ ξυνήονες ἀνδρῶν
πολλάκι θητεύουσι καὶ ἀθάνατοί περ ἐόντες.
ὧν τὰ μὲν ἡμετέρης δωμήσατο τείχεα πάτρης,
τείχεα μαρμαίροντα, Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.
αὐτὰρ ἐγώ, βασίλεια, δικασπόλος εἰμὶ θεάων.

Apud Ovidium secundum epistulae rationem genus suum ipso in exordio tangit, quo Helenae salutem dat (v. 1). Deinde maiorum gloriam laudibus effert nec non divitiis gloriatur patris patriaeque Colluth. v. 282 sqq.:

εἴ τινά που πολύολβον ἐνὶ Τροίῃ βασιλῆα
ἔκλυες εὐώδινος ἀπὸ Κρονίδαο γενέθλης,
ἔνθεν ἀριστεύων ἐμφύλια πάντα διώκω,

et apud Ovidium v. 175 sqq.:

'Pliada, si quaeres, in nostra gente Iovemque
invenies, medios ut taceamus avos;
sceptra parens Asiae, qua nulla beatior ora est,
— finibus immensis vix obeunda — tenet.
innumeras urbes atque aurea tecta videbis,
quaeque suos dicas templa decere deos'.

A Dardano autem Paridis originem trahi apparet ex ep. VIII 42, ubi Paris ab Hermiona vocatur Dardanius advena. Itaque simile quid auctorem quoque Colluthi in poemate suo proposuisse concedas: erat enim notissima fama divitiarum troianarum, quarum primus mentionem fecit Homerus.[1])

Pergit autem Paris, ut patriae laudem augeat, narrare Troiae muros ab Apolline esse exstructos v. 181 sq.:

'Ilion aspicies firmataque turribus altis[2])
moenia Phoebeae structa canore lyrae',

similiterque apud Colluthum et Paridem praeter versus supra exscriptos primis verbis illam fabulam attingere videmus v. 280 sq.:

εἴ τινά που Φρυγίης[3]) ἐνὶ σπείρασι γαῖαν ἀκούεις,
Ἴλιον, ἣν πύργωσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων,

et Helenam v. 308 sq.:

ἀτρεκέως, ὦ ξεῖνε, τεῆς ποτε τείχεα πάτρης
τὸ πρὶν ἐδωμήσαντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων;

Monendum tamen est Ovidium cum Apollinem artis suae vi illud effecisse tradat, hic significare videri nescio quam fabulae formam recentiorem. Sed quia locus, quo eadem proponatur, non extat ac ne Colluthus quidem rem copiosius absolvit, num ratio intercedat inter utriusque memoriam, iudicari nequit.

Iustae autem offensioni est, quod Colluthi versibus 286 sq. Dardano, utpote ad quem pronomen ᾧ referatur, illi operam suam locavisse narrantur: ea enim fabula nusquam exhibetur. Quae difficultas bene explicetur, si inter v. 286 et 287 mecum statuas lacunam, in qua sermonem fuisse arbitreris de Laomedonte. Quae coniectura vel eo commendatur, quod Laomedontis mentionem Dardani memoriae adnecti decet, sicut illius nomen etiam Ovidius, etsi in Paridis epistula de eo tacet, ab Helena inter Paridis maiores laudari facit (ep. XVII 58. 206). Ita contingit, ut et enuntiatum relativum v. 287 sq. sententiarum rationi recte inseratur et Paris commercium, quod avo cum dis fuit, suo

1) Σ 288 sq. cf. praeterea Eur. Hel. 928. Quint. Sm. X 21. Prop. II 14, 2. Ov. ep. VIII 14.

2) Iam apud Homerum Troia vocatur εὐτείχεος (Α 129. Β 113 al.) eiusque memorantur κλυτὰ τείχεα (Φ 295).

3) Phrygem Paris ipse se appellat Ov. ep. XVI 198. cf. Callim. hymn. V 18.

negotio optime opponat (v. 291). Denique Colluthus, id quod Ovidius brevitatis causa praetermisit, Helenam de Apolline deo Laomedontis armenta pascente verba facientem inducit v. 311 sqq.:

καὶ νομὸν οἰονόμοιο λιγύπνοον Ἀπόλλωνος,
ἔνθα θεοδμήτοισι παρὰ προμολῇσι πυλάων
πολλάκις εἰλιπόδεσσιν ἐφέσπετο βουσὶν Ἀπόλλων.[1])

de quo vide, quibus idem indicatur, versus Homeri Φ 448 sq. et schol.

---

[1]) Propterea ante inter v. 290 et 291 lacunam, in qua idem memoratum fuit, statuendam esse nescio an viris dd. assentiar, quamvis eam indiligentiam fortasse ipsi Collutho crimini dari possit.

Ceterum data hac occasione pauca proferre mihi liceat de alio Ovidii loco, ubi de Apolline pastore dicitur, ep. V 151 sq. (Oenone):

'ipse repertor opis vaccas pavisse Pheraeas
fertur et a nostro saucius igne fuit;'

quod distichon spurium esse contenderunt Birt ('Goetting. gel. Anz.' 1882 p. 851), Peters ('observatt. in P. Ov. heroid. epist.' p. 33), Sedlmayer et Palmer in editt. Eis autem astipulari minime possumus: nam illo disticho orationis continuitas nullo modo turbatur, immo tale quid proponitur, ut id pro genuino habere cogamur. Agitur enim eo *ἡ διὰ στόματος καὶ δημώδης ἱστορία*, qua Apollo apud Admetum, Pheretis filium, pastoris munere functus esse fertur. Cuius fabulae duplex est distinguenda memoria: e vetustiore et notiore cognoscimus Apollinem, ut qui Cyclopes interfecisset, id quod iam Hesiodus et Asclepiades tradiderunt (cf. Eur. Alc. 1 sqq. et doctam scholiastae ad h. l. adnot.), ut poenam solveret, ab Iove iussum esse divinitate posita Admeti armenta pascere; — e posteriore versione eaque Alexandrinis potissimum celebrata Apollinem Admeti amore captum pastoris munera sua sponte suscepisse elucet, velut in scholio citato haec scripta legimus: *Ῥιανός φησιν, ὅτι ἑκὼν ἐδούλευσεν αὐτῷ δι' ἔρωτα τοῦ Ἀδμήτου* (cf. Meineke 'Anal. Alexand.' p. 180). Nec non quae Plutarchus protulit in amator. XVII, ad fontem Alexandrinum redire credibile est: *τὸν Ἀπόλλωνα μυθολογοῦσιν ἐραστὴν γενόμενον*

Ἀδμήτῳ πάρα θητεῦσαι μέγαν εἰς ἐνιαυτόν.

Quid vero? quod ipse Callimachus Apollinem ab illo munere *Νόμιον* appellatum esse testatur (hymn. II 47 sqq.)? Ac ne Ovidiano quidem loco supra scripto intelligi priorem illius fabulae formam, verum agi de dei erga Admetum amore certissimum est (cf. etiam art. II 239 sq. Tibull. II 3, 11 sqq. Lygd. 4, 67 sqq.). Itaque poetam hic Alexandrinorum vestigia secutum esse negari nequit ac versus illos 151 sq. interpolatori nescio cui tribuendos non esse manifestum fit: etenim si quid scriptum invenimus, quod, ut hic, doctrinae cuiusdam speciem prae se ferat, id a poeta ipso profectum esse multo aptius putamus quam vindicandum interpolatori, quippe qui memoriam arripere soleat magis tritam.

Causam autem quae fuerit itineris antea celatam Paris ipse aperte iam dicit apud Ovidium v. 27 sq.:

'attulimus flammas, non hic invenimus illas:
hae mihi tam longae causa fuere viae',

et pluribus eodem spectat Helena ep. XVII 5 sqq.:

'scilicet idcirco ventosa per aequora vectum
excepit portu Taenaris ora suo,
nec tibi, diversa quamvis e gente venires,
oppositas habuit regia nostra fores',

et v. 73 sq.:

'plus multo est, quod amas, quod sum tibi causa laboris,
quod tam per longas spes tua venit aquas',

quibuscum verbis optime coeunt, quae Colluthus Paridem loquentem fingit v. 297: (Helena)

ἧς ἕνεκεν τέτληκα καὶ οἴδματα τόσσα περῆσαι.

Hospitio autem, quod Helena significat apud Ovidium v. 8, Paridem in Menelai domum receptum esse uno vocabulo etiam Colluthus indicat compluribus locis, ubi vel totam Spartam vel Atridarum domum vel Menelaum ipsum dicit φιλόξεινον (cf. v. 236. 254. 319.).

Affirmans vero sese adesse ductum ab ipsa Venere, cuius imperata despicere scelestum sit, Paris Helenam, ut se lecto recipiat, variis locis hortatur atque obsecrat Ov. v. 35. 41. 197. 281. 284., quorum cum sensu concinunt, quae Paris apud Colluthum exprimit v. 298 sq.:

δεῦρο γάμον κεράσωμεν, ἐπεὶ Κυθέρεια κελεύει·
μή με καταισχύνειας ἐμὴν καὶ Κύπριν ἐλέγξῃς.

Cuius sermonis finem facit his verbis (v. 300): οὐκ ἐρέω· τί δὲ τόσσον ἐπισταμένην σε διδάξω; quorum sententia apud Ovidium feliciter, utitur, ut Helenam iterum iterumque oret v. 283 sq.:

'multa quidem subeunt; sed coram ut plura loquamur,
excipe me lecto nocte silente tuo'.

Atque cum verbis, quibus Menelao apud Helenam contemptionem affere vult Colluth. v. 301:

οἶσθα γάρ, ὡς Μενέλαος ἀνάλκιδός ἐστι γενέθλης,

comparari licet Ov. v. 357 sq.:

'nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
quam Paris, aut armis anteferendus erit' (adde v. 366). —

De Helena autem ipsa, quomodo adversus Paridis preces gesserit, haec sunt dicenda: eam primum non sine mora ·idem sequi diuque haesitare et e Colluthi narratione (v. 305 sqq.) ex epistula Ovidiana (XVII) satis perspicitur. Sed quam- ιm ut apud Colluthum suos deserere ei denique certum fit, eam cum amatore postea abituram esse ex Ovidii quoque stula (e. g. v. 105 sq.) suspicamur: causam tamen, qua im- sa eum sequatur, apud Nasonem aliam esse intelligimus, ιm apud Colluthum. Hic enim eam, ut sequatur, eo fingit luci, quod Troiam urbem celeberrimam se visuram esse sperat 310 sqq.); contra apud poetam romanum quanto maiore cum liditate elegantia sollertia, quibus ut cum Paride aufugiat ısis commoveatur, Helena significat et tamquam prodit nec- m planis verbis profitetur (cf. v. 263 sqq. 65 sqq.).

Haec omnia etiam Ovidi Colluthique auctorem hellenistam ·idis coloribus expressisse puto; sed quamvis quomodo singula ιxerit, minime sit exploratum, hoc certe nobis constat eius :erptorem Colluthum totam hanc rem ratione poetae ingenio ıdquaquam digna turbavisse. —

Relinquitur, ut nonnulla dicamus de *Hermiona*, Menelai ·lenaeque filiola: etenim quantopere, quod mater abierat, esta sit, extremo in poemate Colluthus luculentissime explicat. ·idius neque Paridis neque Helenae in epistula quidquam de profert nisi eo, quo de cena sermo fit, loco (ep. XVI 256). :curatius autem, quamvis praeteriens multoque brevius llutho, rem in ea epistula enarrat, quam Hermionam ·esti scribentem facit, ubi illa, ut Tantalides mulieres neris fato aptam esse rapinam comprobet, verbi causa praeter :dam et Hippodamiam affert Helenam matrem (ep. VIII sqq.):

'vix equidem memini, memini tamen: omnia luctus,
omnia solliciti plena timoris erant.
flebat avus Phoebeque soror fratresque gemelli,
orabat superos Leda suumque Iovem.
ipsa ego non longos etiam tum scissa capillos
clamabam: sine me, me sine mater abis?
nam coniunx aberat. — ne non Pelopeïa credar,
ecce Neoptolemo praeda parata fui'.

Quorum distichorum spurios esse iudicavit Palmer versus 75—81 (praef. edit. p. XIII sq.) et Peters versus 77—80 (l. l. p. 30 sqq.). Sed argumenta, quae protulerunt, prorsus caduca atque incerta esse persuasum habeo. Unum vero, quo omnes scrupulos tolli arbitror, fusius tractari liceat. Laudatur enim v. 77 Phoebe. Quod nomen ex eo, quod optimus codex Parisinus (P) exhibet 'phoebique', etsi in Guelpherbytano nonnullisque aliis libris notae deterioris 'flebatque' legitur interpolatio apertissima, a Meziriaco recte restitutum esse quivis facile concedat. Qua potissimum causa ductus versum 77 nescio quo iure pro suspecto habet Peters, nos Ovidiò vindicandum esse censemus. Falsissime autem fecerunt, qui Phoebam illam non Helenae sororem, sed Leucippi filiam sive uxorem Pollucis [1]) intelligendam putarunt. Nam cur haec ab Hermiona appelletur soror, profecto nihil est, neque omnino ullus credo invenitur locus, ubi sororis vocabulo significetur uxor aut avunculi, si Hermione se ipsam respicit, aut fratris, si ad Helenam spectat. Itaque Phoebam hic Helenae sororem esse consentaneum est. Hoc autem loco excepto idem distinctis verbis Euripides testatur Iph. A. 49 sqq.:

ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι,
Φοίβη Κλυταιμνήστρα τ' ἐμὴ ξυνάορος
Ἑλένη τε κτλ.

Quid vero? quod etiam alter praeter Ovidium poeta romanus tres Ledae filias Phoebam Clytaemnestram Helenam haud dubie indicat. Felicissime enim Palmer, qua esse solet ingenii sagacitate, animadvertit disticho Propertiano I 13, 29 sq.:

'nec mirum, cum sit Iove dignae proxima Ledae
et Ledae partu gratior, una tribus'

puellam amatam dici antecedere non tam Ledae duabusque eius filiabus, quam ipsis filiabus sive Ledae partui triplici. Phoebae igitur nomen praeter ceteras Helenae sorores non ita notum fuit; quo fit, ut illos ep. VIII versus, ut qui doctrinam quandam reconditam sapiant, optimo iure vindicemus Ovidio.

Sed unde disputatio digressa est, revertamur. Ac cum Nasonis consensus nos deficiat, quantum Colluthus auctori debeat, iudicari fere nequit: verum enim vero quamvis multa rhetori

[1]) Cf. Burmanni adnot. et Apollod. III 11, 2. Ov. art. I 679. fast. V 699 sq.

nitido aliquo lumine poematis exitum decoraturo tribuamus, ambigendum tamen vix est, quin narrationis fundamentum ad exemplar alexandrinum referatur. Quod secutus utrum Ovidius quoque illa de Phoeba narraverit an aliunde hauserit, fortasse maxime e tragoedia — ut Tolkiehn suspicatur (l. l. p. 74) —, in medio relinquendum videtur.

Atque haec quidem hactenus. Postquam omnia, quae et Colluthus et Ovidius sive pari ratione protulit sive dispari, percensuimus ex eisque quid auctoris eorum hellenistae ingenio reddendum esset, pro virili parte statuere conati sumus, iam restant, quae Ovidius e fonte alexandrino mutuari non potuit, quia in eo quaedam aut non aut plane aliter exposita fuisse e narratione Colluthea concludendum est.

Spinosissima autem quaestio oritur de *Paridis vita*, quae *ante dearum certamen* fuerit. Quam Ovidius, ut post videbimus, secundum fabulae rationem omnibus notam persequitur: nihil de eadem dicit Colluthus, qui quomodo Paris in Idam venerit, plane tacet. Verum eum hanc narrationem, qualis exemplari auctoris exhibita fuit, non ut plerisque aliis locis decurtasse, sed ne auctorem quidem eius de illa re verba fecisse suspicor. Nam quidquid Colluthus de Paride perhibet, ex eo apparet hunc non tam Priami servum clarissimaeque originis inscium pastorem, quam regis filium pecora patris sua sponte pascentem fingi. Huc enim omnia spectant, nihil ei coniecturae repugnat. Praeter locum, quo Paris ab Iove Priami filius indicatur (v. 72), maxime e sermone dearum perspicitur illum stirpem suam regiam novisse: aperte enim a Minerva appellatur τέκος Πριάμοιο (v. 139) nec minus disertis verbis eadem et Iuno imperium troianum penes eius patrem esse profitentur (v. 142. 149.).[1] Quod non sine causa apud Colluthum fieri colligas ex Euripidis, qui communem ac notiorem memoriam arripuit, versibus Troad. 925 sqq. oppositis. Quid? quod etiam Lucianus Paridem ipsum apud Minervam de patre loquentem facit haec: ἀπολέμητος ἡμῖν ἡ τοῦ πατρὸς ἀρχή (l. l. § 12). Iter vero in Graeciam non, ut secundum Cypriorum narrationem,

[1]) Similiter Mavortius Iunonem Paridi dicentem facit (Iud. Par. 7): 'o lux Dardaniae, troianae gloria gentis'. Dubito igitur, an is eandem ac Colluthus sequatur versionem.

(cf. etiam Stat. silv. IV 8, 28 sq.). Quod quo magis eluceat, respicienda sunt verba cum scholiastae ad Theocr. idyll. XVIII 23: ὅτι ἔθος εἶχον αἱ Λάκαιναι καὶ αἱ Σπαρτιατίδες κόραι ἀνδρείοις γυμνασίοις καὶ δρόμοις ἀσκεῖσθαι δῆλον, tum Eustathii ad Hom. Ξ p. 975, 37: Αἴλιος Διονύσιος δωριάζειν φησὶ τὸ παραφαίνειν καὶ παραγυμνοῦν πολύ τι τοῦ σώματος. αἱ γὰρ κατὰ Πελοπόννησόν φησι κόραι διημέρευον ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες, ἱμάτιον μόνον ἐπὶ θατέρᾳ ἐπιπεπορπημέναι (adde schol. Eur. Hec. 934. O. Müller 'Dorier' II² p. 260). Recte igitur Engelmannus haec (in Rosch. lex. I p. 1932): 'Durch eine Vorausnahme späterer spartanischer Sitte lässt die Sage die Helena ganz wie die spartanischen Mädchen in allerhand körperlichen Übungen erzogen werden'. Cuius fabulae versionis unum praeterea habemus testem Euripidem, qui Peleum apud Menelaum eundem morem reprehendentem facit Andr. 595 sqq.:

οὐδ' ἄν, εἰ βούλοιτό τις,
σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη,
αἳ ξὺν νέοισιν ἐξερημοῦσαι δόμους
γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένοις
δρόμους παλαίστρας τ' οὐκ ἀνασχέτους ἐμοί
κοινὰς ἔχουσι. κᾆτα θαυμάζειν χρεών,
εἰ μὴ γυναῖκας σώφρονας παιδεύετε; (cf. Hel. 207 sqq.)

quibus addi licet tragici cuiusdam versus a Cicerone Tusc. disp. II 15, 36 servatos, qui ex Meleagro Accii sumpti esse Ribbeckio videntur, inc. inc. fab. fgm. CXI:

'nihil horum simile est apud Lacaenas virgines,
quibus magis palaestra Eurota sol pulvis labos
militia studio est quam fertilitas barbara'.

Alexandrinos vero hanc rem arripuisse docent exempla: illo enim in hymenaeo, quem Theocritus in laudem Menelai Helenaeque confecit, puellae aequales Helenaeque amicae haec canunt v. 22 sq.:

ἄμμες δ' αἱ πᾶσαι συνομάλικες, αἷς δρόμος ωὑτός
χρισαμέναις ἀνδριστὶ παρ' Εὐρώταο λοετροῖς.

Callimachus autem easdem certe Dioscurorum exercitationes significat hymn. V 23 sqq. (de Venere ante Paridis iudicium):

ἃ δὲ δὶς ἑξήκοντα διαθρέξασα διαύλως,
οἷα παρ' Εὐρώτᾳ τοὶ Λακεδαιμόνιοι
ἀστέρες[1]), ἐμπεράμως ἐνετρίψατο λιτὰ λαβοῖσα
χρίματα, τᾶς ἰδίας ἔκγονα φυταλιᾶς.

Nec non Colluthum aliquo modo huc spectare puto, cum Hermionam a matre desertam querentem fingat v. 355 sq.:

μὴ διεροῖς στονόεντος ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις
νηχομένην ἐκάλυψεν ὑποβρυχίη σε γαλήνη;

et ancillas, quae eam consolari volunt, respondentes v. 340 sq.:

ἢ χρόα πατρῴοιο λοεσσομένη ποταμοῖο
ᾤχετο καὶ δήθυνεν ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις.

Ac ne Lucianum quidem ludos Helenae gymnicos praetermittere videmus: apud eum enim Helena a Venere vocatur γυμνὰς τὰ πολλὰ καὶ παλαιστική (§ 14), — post quae verba mentio fit τοῦ Θησέως ἄωρον ἔτι ἁρπάσαντος. Cuius de Theseo fabulae formam, qualem apud Ovidium — ab hoc certe non inventam — legimus, primis ab hellenistis poetis excultam et fortasse etiam a Nasonis Luciani Colluthi auctore perhibitam fuisse ex horum concentu haud incepte suspiceris.

De *Helenae origine*, ut hoc simul absolvatur, notissimam memoriam et Ovidius et Lucianus sequitur. Ab eis enim Helena Ledae, mulieris pulcherrimae[2]), ab Iove deceptae[3]) filia fuisse

[1]) Similiter Dioscuri Ov. am. II 11, 29 dicuntur 'fecundae sidera Ledae'.

[2]) Quod Ledam habuisse comam nigram alio loco dicit (am. II 4, 42), Nasonem debere imaginibus, in quibus illa nigris crinibus ornata pingi solebat (cf. Wunderer diss. Erlang. l. l.), probabilius est quam poetae nescio cui alexandrino, quamquam hellenistae quoque, si cuius pulchritudinem praeclaram describebant, eam praeter alia etiam nigro capillorum colore fingebant (cf. Rohde p. 153 adn. 3.); flavis capillis Leda ornatur in Anth. Pal. V 65, 2. Ceterum inter homines pulcherrimos Leda numeratur apud Ov. am. I 10, 1 sqq. Prop. II 38, 51 sqq. Luc. dial. mort. XVIII 1.

[3]) Iovem forma cygni indutum albi (Ov. am. I 10,3. cf. ep. XVI 251 sq. Eur. Hel. 216.) hoc 'furtum' (= κλέμμα A. P. V 18, 2) ad Eurotam flumen commisisse docent et imagines, in quibus fluvium non procul abesse palma apposita indicatur (cf. O. Jahn 'Archaeol. Beitr.' p. 1 sqq. Overbeck 'Kunstmythol. d. Zeus' p. 489 sqq.) — ad eas autem spectat Antiphilus in Anth. Pal. V 307 — et scriptorum consensus (cf. Ov. ep. VIII 67: 'fluminei mendacia cygni'. Hyg. fab. 77. Apollod. III 10, 7. Cedren. histor. I 212. Tzetz. ad Lyc. 88). — Illam de Iove Ledaque fabulam ut simplicissimam iam videtur

fertur (cf. Ov. ep. XVII 55 sq. XVI 1. 85 sq. 294. Luc. d. d. XX 14). E verbis Colluthi, qui Helenam dicit ἀριζήλοιο Διὸς γενέθλην (v. 349), nihil certi concludi potest. Nec tamen hoc cum illa memoria magis pugnat quam alterum illud, quod ab eodem Helena vocatur Τυνδαρεώνη (v. 378)[1]) itemque ab Ovidio Tyndaris (ep. XVI 100. XVII 118. cf. V 91. am. II 12, 18. art. I 746). Recte enim Servius ad Aen. II 601: 'Tyndaridis: atqui Iovis est, non Tyndarei filia; sed sic dicimus Tyndaridis de Helena, ut de Hercule Amphitryoniades (cf. etiam Engelmann in Rosch. lex. I p. 1932). —

Paucis diebus[2]) post Paridis adventum *Menelaum iter in Cretam suscepisse* Paris dicit v. 301 sqq.:

'non habuit tempus, quo Cresia regna videret,
aptius — o mira calliditate virum! —;
exit et: Idaei mando tibi, dixit iturus,
curam pro nobis hospitis, uxor, agas'.

Cuius itineris apud graecum quoque auctorem mentionem fieri oportuit, siquidem eum Menelaum, cum Paris Spartam veniret, absentem non fecisse nobis concedis. Confirmatur autem haec coniectura eo, quod Colluthus, etsi Paridem a rege cognosci omnino non finxit, tamen temperare sibi non potuit, quin illud levissime attingeret. Hermionam enim puellam, postquam mater abiit, aves fingit monentem, ut patri, quid acciderit, referant νοστήσαντες ἐπὶ Κρήτην (v. 384). Qua in re auctor Colluthi Ovidiique Cypriorum potissimum memoriam arripuit, e quibus Proclus haec profert: καὶ μετὰ ταῦτα Μενέλαος εἰς Κρήτην ἐκπλεῖ κελεύσας τὴν Ἑλένην τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, ἕως ἂν ἀπαλλαγῶσιν.[3]) Quorum maxime vestigia utrum Ovidius

agnovisse Homerus, esti nihil tradit nisi Helenam fuisse Iovis filiam (Γ 426. δ 184. 227. 569. λ 298 sq.), plurimis locis perstringit Euripides (Hel. 17 sqq. 200. 214 sqq. 1144 sqq. 1645. Iph. A. 795 sqq. Orest. 1386 sq.), Contra Nemesin et Iovem Helenae parentes fuisse Cypriorum auctor narrat ap. Athen. VIII p. 334c (fgm. 7 K).

[1]) Hoc vocabulum praeterea nusquam legitur nisi apud Christodorum (ecphr. 167) ac Tzetzam (Posthom. 731 al.).

[2]) Cypriorum poetam ex heroicae aetatis more certum spatium novem dierum tradidisse ex Apollodori narratione Wagner merito collegit 'cur. myth.' p. 174.

[3]) Menelaum in Cretam discessisse Euripides quoque uno indicat loco (Troad. 944. cf. etiam Hel. 203 sq. et Ov. art. II 361 sq. rem. 773).

propter ea, quae Menelaus uxori de hospite mandavisse dicitur, hic secutus sit an auctoritatem exemplaris alexandrini, incertum est, cum in hoc num idem mandatum disertis verbis prolatum sit, erui nequeat.

Menelao autem profecto *Paris* audacior factus *Helenam, ut Troiam secum abeat,* omnibus modis *commovere vult.* Quod ut exponeret, Naso eum epistulam scribentem fecit, Colluthus, qui carmen epicum composuit, illum Helenamque inter se colloquentes inducere coactus est. Sed quamquam Colluthus totam hanc rem iusto paucioribus absolvit, nonnullae tamen etsi non semper verborum, at certe sententiarum similitudines inter ea inveniuntur, quae apud eum Paris cum Helena communicat et quae apud poetam romanum. Conferamus, si placet, haec:

Paris Priami filium sese esse profitetur apud Colluthum v. 285 sqq.:

εἰμί, γύναι, Πριάμοιο πολυχρύσου φίλος υἱός,
εἰμὶ δὲ Δαρδανίδης· ὁ δὲ Δάρδανος ἐκ Διὸς ἦεν·
ᾧ καὶ ἀπ' Οὐλύμποιο θεοὶ ξυνήονες ἀνδρῶν
πολλάκι θητεύουσι καὶ ἀθάνατοί περ ἐόντες.
ὧν τὰ μὲν ἡμετέρης δωμήσατο τείχεα πάτρης,
τείχεα μαρμαίροντα, Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.
αὐτὰρ ἐγώ, βασίλεια, δικασπόλος εἰμὶ θεάων.

Apud Ovidium secundum epistulae rationem genus suum ipso in exordio tangit, quo Helenae salutem dat (v. 1). Deinde maiorum gloriam laudibus effert nec non divitiis gloriatur patris patriaeque Colluth. v. 282 sqq.:

εἴ τινά που πολύολβον ἐνὶ Τροίῃ βασιλῆα
ἔκλυες εὐώδινος ἀπὸ Κρονίδαο γενέθλης,
ἔνθεν ἀριστεύων ἐμφύλια πάντα διώκω,

et apud Ovidium v. 175 sqq.:

'Pliada, si quaeres, in nostra gente Iovemque
invenies, medios ut taceamus avos;
sceptra parens Asiae, qua nulla beatior ora est,
— finibus immensis vix obeunda — tenet.
innumeras urbes atque aurea tecta videbis,
quaeque suos dicas templa decere deos'.

A Dardano autem Paridis originem trahi apparet ex ep. VIII 42, ubi Paris ab Hermiona vocatur Dardanius advena. Itaque simile quid auctorem quoque Colluthi in poemate suo proposuisse concedas: erat enim notissima fama divitiarum troianarum, quarum primus mentionem fecit Homerus.[1])

Pergit autem Paris, ut patriae laudem augeat, narrare Troiae muros ab Apolline esse exstructos v. 181 sq.:

'Ilion aspicies firmataque turribus altis[2])
moenia Phoebeae structa canore lyrae',

similiterque apud Colluthum et Paridem praeter versus supra exscriptos primis verbis illam fabulam attingere videmus v. 280 sq.:

εἴ τινά που Φρυγίης[3]) ἐνὶ σπείρασι γαῖαν ἀκούεις,
Ἴλιον, ἣν πύργωσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων,

et Helenam v. 308 sq.:

ἀτρεκέως, ὦ ξεῖνε, τεῆς ποτε τείχεα πάτρης
τὸ πρὶν ἐδωμήσαντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων;

Monendum tamen est Ovidium cum Apollinem artis suae vi illud effecisse tradat, hic significare videri nescio quam fabulae formam recentiorem. Sed quia locus, quo eadem proponatur, non extat ac ne Colluthus quidem rem copiosius absolvit, num ratio intercedat inter utriusque memoriam, iudicari nequit.

Iustae autem offensioni est, quod Colluthi versibus 286 sq. Dardano, utpote ad quem pronomen ᾧ referatur, illi operam suam locavisse narrantur: ea enim fabula nusquam exhibetur. Quae difficultas bene explicetur, si inter v. 286 et 287 mecum statuas lacunam, in qua sermonem fuisse arbitreris de Laomedonte. Quae coniectura vel eo commendatur, quod Laomedontis mentionem Dardani memoriae adnecti decet, sicut illius nomen etiam Ovidius, etsi in Paridis epistula de eo tacet, ab Helena inter Paridis maiores laudari facit (ep. XVII 58. 206). Ita contingit, ut et enuntiatum relativum v. 287 sq. sententiarum rationi recte inseratur et Paris commercium, quod avo cum dis fuit, suo

[1]) Σ 288 sq. cf. praeterea Eur. Hel. 928. Quint. Sm. X 21. Prop. II 14, 2. Ov. ep. VIII 14.

[2]) Iam apud Homerum Troia vocatur εὐτείχεος (Α 129. Β 113 al.) eiusque memorantur κλυτὰ τείχεα (Φ 295).

[3]) Phrygem Paris ipse se appellat Ov. ep. XVI 198. cf. Callim. hymn. V 18.

negotio optime opponat (v. 291). Denique Colluthus, id quod Ovidius brevitatis causa praetermisit, Helenam de Apolline deo Laomedontis armenta pascente verba facientem inducit v. 311 sqq.:

καὶ νομὸν οἰονόμοιο λιγύπνοον Ἀπόλλωνος,
ἔνθα θεοδμήτοισι παρὰ προμολῇσι πυλάων
πολλάκις εἰλιπόδεσσιν ἐφέσπετο βουσὶν Ἀπόλλων.[1])

de quo vide, quibus idem indicatur, versus Homeri Φ 448 sq. et schol.

---

[1]) Propterea ante inter v. 290 et 291 lacunam, in qua idem memoratum fuit, statuendam esse nescio an viris dd. assentiar, quamvis eam indiligentiam fortasse ipsi Collutho crimini dari possit.

Ceterum data hac occasione pauca proferre mihi liceat de alio Ovidii loco, ubi de Apolline pastore dicitur, ep. V 151 sq. (Oenone):

'ipse repertor opis vaccas pavisse Pheraeas
fertur et a nostro saucius igne fuit;'

quod distichon spurium esse contenderunt Birt ('Goetting. gel. Anz.' 1882 p. 851), Peters ('observatt. in P. Ov. heroid. epist.' p. 33), Sedlmayer et Palmer in editt. Eis autem astipulari minime possumus: nam illo disticho orationis continuitas nullo modo turbatur, immo tale quid proponitur, ut id pro genuino habere cogamur. Agitur enim eo *ἡ διὰ στόματος καὶ δημώδης ἱστορία*, qua Apollo apud Admetum, Pheretis filium, pastoris munere functus esse fertur. Cuius fabulae duplex est distinguenda memoria: e vetustiore et notiore cognoscimus Apollinem, ut qui Cyclopes interfecisset, id quod iam Hesiodus et Asclepiades tradiderunt (cf. Eur. Alc. 1 sqq. et doctam scholiastae ad h. l. adnot.), ut poenam solveret, ab Iove iussum esse divinitate posita Admeti armenta pascere; — e posteriore versione eaque Alexandrinis potissimum celebrata Apollinem Admeti *amore* captum pastoris munera sua sponte suscepisse elucet, velut in scholio citato haec scripta legimus: *Ῥιανός φησιν, ὅτι ἑκὼν ἐδούλευσεν αὐτῷ δι' ἔρωτα τοῦ Ἀδμήτου* (cf. Meineke 'Anal. Alexand.' p. 180). Nec non quae Plutarchus protulit in amator. XVII, ad fontem Alexandrinum redire credibile est: *τὸν Ἀπόλλωνα μυθολογοῦσιν ἐραστὴν γενόμενον*

Ἀδμήτῳ πάρα θητεῦσαι μέγαν εἰς ἐνιαυτόν.

Quid vero? quod ipse Callimachus Apollinem ab illo munere *Νόμιον* appellatum esse testatur (hymn. II 47 sqq.)? Ac ne Ovidiano quidem loco supra descripto intelligi priorem illius fabulae formam, verum agi de dei erga Admetum amore certissimum est (cf. etiam art. II 239 sq. Tibull. II 3, 11 sqq. Lygd. 4, 67 sqq.). Itaque poetam hic Alexandrinorum vestigia secutum esse negari nequit ac versus illos 151 sq. interpolatori nescio cui tribuendos non esse manifestum fit: etenim si quid scriptum invenimus, quod, ut hic, doctrinae cuiusdam speciem prae se ferat, id a poeta ipso profectum esse multo aptius putamus quam vindicandum interpolatori, quippe qui memoriam arripere soleat magis tritam.

Causam autem quae fuerit itineris antea celatam Paris ipse aperte iam dicit apud Ovidium v. 27 sq.:

'attulimus flammas, non hic invenimus illas:
hae mihi tam longae causa fuere viae',

et pluribus eodem spectat Helena ep. XVII 5 sqq.:

'scilicet idcirco ventosa per aequora vectum
excepit portu Taenaris ora suo,
nec tibi, diversa quamvis e gente venires,
oppositas habuit regia nostra fores',

et v. 73 sq.:

'plus multo est, quod amas, quod sum tibi causa laboris,
quod tam per longas spes tua venit aquas',

quibuscum verbis optime coeunt, quae Colluthus Paridem loquentem fingit v. 297: (Helena)

ἧς ἕνεκεν τέτληκα καὶ οἴδματα τόσσα περῆσαι.

Hospitio autem, quod Helena significat apud Ovidium v. 8, Paridem in Menelai domum receptum esse uno vocabulo etiam Colluthus indicat compluribus locis, ubi vel totam Spartam vel Atridarum domum vel Menelaum ipsum dicit φιλόξεινον (cf. v. 236. 254. 319.).

Affirmans vero sese adesse ductum ab ipsa Venere, cuius imperata despicere scelestum sit, Paris Helenam, ut se lecto recipiat, variis locis hortatur atque obsecrat Ov. v. 35. 41. 197. 281. 284., quorum cum sensu concinunt, quae Paris apud Colluthum exprimit v. 298 sq.:

δεῦρο γάμον κεράσωμεν, ἐπεὶ Κυθέρεια κελεύει·
μή με καταισχύνειας ἐμὴν καὶ Κύπριν ἐλέγξῃς.

Cuius sermonis finem facit his verbis (v. 300): οὐκ ἐρέω· τί δὲ τόσσον ἐπισταμένην σε διδάξω; quorum sententia apud Ovidium feliciter, utitur, ut Helenam iterum iterumque oret v. 283 sq.:

'multa quidem subeunt; sed coram ut plura loquamur,
excipe me lecto nocte silente tuo'.

Atque cum verbis, quibus Menelao apud Helenam contemptionem affere vult Colluth. v. 301:

οἶσθα γάρ, ὡς Μενέλαος ἀνάλκιδός ἐστι γενέθλης,

comparari licet Ov. v. 357 sq.:

'nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
quam Paris, aut armis anteferendus erit' (adde v. 366). —

De Helena autem ipsa, quomodo adversus Paridis preces gesserit, haec sunt dicenda: eam primum non sine mora ridem sequi diuque haesitare et e Colluthi narratione (v. 305 sqq.) ex epistula Ovidiana (XVII) satis perspicitur. Sed quamım ut apud Colluthum suos deserere ei denique certum fit, eam cum amatore postea abituram esse ex Ovidii quoque stula (e. g. v. 105 sq.) suspicamur: causam tamen, qua imlsa eum sequatur, apud Nasonem aliam esse intelligimus, am apud Colluthum. Hic enim eam, ut sequatur, eo fingit duci, quod Troiam urbem celeberrimam se visuram esse sperat 310 sqq.); contra apud poetam romanum quanto maiore cum lliditate elegantia sollertia, quibus ut cum Paride aufugiat usis commoveatur, Helena significat et tamquam prodit necm planis verbis profitetur (cf. v. 263 sqq. 65 sqq.).

Haec omnia etiam Ovidi Colluthique auctorem hellenistam ridis coloribus expressisse puto; sed quamvis quomodo singula ıxerit, minime sit exploratum, hoc certe nobis constat eius cerptorem Colluthum totam hanc rem ratione poetae ingenio ıdquaquam digna turbavisse. —

Relinquitur, ut nonnulla dicamus de *Hermiona*, Menelai lenaeque filiola: etenim quantopere, quod mater abierat, esta sit, extremo in poemate Colluthus luculentissime explicat. ridius neque Paridis neque Helenae in epistula quidquam de profert nisi eo, quo de cena sermo fit, loco (ep. XVI 256). curatius autem, quamvis praeteriens multoque brevius llutho, rem in ea epistula enarrat, quam Hermionam esti scribentem facit, ubi illa, ut Tantalides mulieres neris fato aptam esse rapinam comprobet, verbi causa praeter dam et Hippodamiam affert Helenam matrem (ep. VIII sqq.):

'vix equidem memini, memini tamen: omnia luctus,
omnia solliciti plena timoris erant.
flebat avus Phoebeque soror fratresque gemelli,
orabat superos Leda suumque Iovem.
ipsa ego non longos etiam tum scissa capillos
clamabam: sine me, me sine mater abis?
nam coniunx aberat. — ne non Pelopeïa credar,
ecce Neoptolemo praeda parata fui'.

Quorum distichorum spurios esse iudicavit Palmer versus 75—81 (praef. edit. p. XIII sq.) et Peters versus 77—80 (l. l. p. 30 sqq.). Sed argumenta, quae protulerunt, prorsus caduca atque incerta esse persuasum habeo. Unum vero, quo omnes scrupulos tolli arbitror, fusius tractari liceat. Laudatur enim v. 77 Phoebe. Quod nomen ex eo, quod optimus codex Parisinus (P) exhibet 'phoebique', etsi in Guelpherbytano nonnullisque aliis libris notae deterioris 'flebatque' legitur interpolatio apertissima, a Meziriaco recte restitutum esse quivis facile concedat. Qua potissimum causa ductus versum 77 nescio quo iure pro suspecto habet Peters, nos Ovidiò vindicandum esse censemus. Falsissime autem fecerunt, qui Phoebam illam non Helenae sororem, sed Leucippi filiam sive uxorem Pollucis [1]) intelligendam putarunt. Nam cur haec ab Hermiona appelletur soror, profecto nihil est, neque omnino ullus credo invenitur locus, ubi sororis vocabulo significetur uxor aut avunculi, si Hermione se ipsam respicit, aut fratris, si ad Helenam spectat. Itaque Phoebam hic Helenae sororem esse consentaneum est. Hoc autem loco excepto idem distinctis verbis Euripides testatur Iph. A. 49 sqq.:

ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι,
Φοίβη Κλυταιμνήστρα τ' ἐμὴ ξυνάορος
Ἑλένη τε κτλ.

Quid vero? quod etiam alter praeter Ovidium poeta romanus tres Ledae filias Phoebam Clytaemnestram Helenam haud dubie indicat. Felicissime enim Palmer, qua esse solet ingenii sagacitate, animadvertit disticho Propertiano I 13, 29 sq.:

'nec mirum, cum sit Iove dignae proxima Ledae
et Ledae partu gratior, una tribus'

puellam amatam dici antecedere non tam Ledae duabusque eius filiabus, quam ipsis filiabus sive Ledae partui triplici. Phoebae igitur nomen praeter ceteras Helenae sorores non ita notum fuit; quo fit, ut illos ep. VIII versus, ut qui doctrinam quandam reconditam sapiant, optimo iure vindicemus Ovidio.

Sed unde disputatio digressa est, revertamur. Ac cum Nasonis consensus nos deficiat, quantum Colluthus auctori debeat, iudicari fere nequit: verum enim vero quamvis multa rhetori

[1]) Cf. Burmanni adnot. et Apollod. III 11, 2. Ov. art. I 679. fast. V 699 sq.

nitido aliquo lumine poematis exitum decoraturo tribuamus, ambigendum tamen vix est, quin narrationis fundamentum ad exemplar alexandrinum referatur. Quod secutus utrum Ovidius quoque illa de Phoeba narraverit an aliunde hauserit, fortasse maxime e tragoedia — ut Tolkiehn suspicatur (l. l. p. 74) —, in medio relinquendum videtur.

Atque haec quidem hactenus. Postquam omnia, quae et Colluthus et Ovidius sive pari ratione protulit sive dispari, percensuimus ex eisque quid auctoris eorum hellenistae ingenio reddendum esset, pro virili parte statuere conati sumus, iam restant, quae Ovidius e fonte alexandrino mutuari non potuit, quia in eo quaedam aut non aut plane aliter exposita fuisse e narratione Colluthea concludendum est.

Spinosissima autem quaestio oritur de *Paridis vita,* quae *ante dearum certamen* fuerit. Quam Ovidius, ut post videbimus, secundum fabulae rationem omnibus notam persequitur: nihil de eadem dicit Colluthus, qui quomodo Paris in Idam venerit, plane tacet. Verum eum hanc narrationem, qualis exemplari auctoris exhibita fuit, non ut plerisque aliis locis decurtasse, sed ne auctorem quidem eius de illa re verba fecisse suspicor. Nam quidquid Colluthus de Paride perhibet, ex eo apparet hunc non tam Priami servum clarissimaeque originis inscium pastorem, quam regis filium pecora patris sua sponte pascentem fingi. Huc enim omnia spectant, nihil ei coniecturae repugnat. Praeter locum, quo Paris ab Iove Priami filius indicatur (v. 72), maxime e sermone dearum perspicitur illum stirpem suam regiam novisse: aperte enim a Minerva appellatur τέκος Πριάμοιο (v. 139) nec minus disertis verbis eadem et Iuno imperium troianum penes eius patrem esse profitentur (v. 142. 149.).[1]) Quod non sine causa apud Colluthum fieri colligas ex Euripidis, qui communem ac notiorem memoriam arripuit, versibus Troad. 925 sqq. oppositis. Quid? quod etiam Lucianus Paridem ipsum apud Minervam de patre loquentem facit haec: ἀπολέμητος ἡμῖν ἡ τοῦ πατρὸς ἀρχή (l. l. § 12). Iter vero in Graeciam non, ut secundum Cypriorum narrationem,

[1]) Similiter Mavortius Iunonem Paridi dicentem facit (Iud. Par. 7): 'o lux Dardaniae, troianae gloria gentis'. Dubito igitur, an is eandem ac Colluthus sequatur versionem.

Paris parentibus invitis suscipit: nam tantum abest, ut Priamo impediente, ut ei χαριζόμενος Phereclus Paridi naves aedificet (cf. v. 198 sq.). Quam ad rem optime quadrat, quod Colluthus Cassandram post Paridis reditum, non ante iter vaticinantem inducit (v. 391 sq.): etenim nisi Priamus iter comprobasset, Colluthus certe nihil habuisset, cur a Cypriorum aut tragoediae traditione, de qua vide postea, recederet.

Quae cum ita sint, Colluthus poema suum fabulae formae prorsus inauditae superstruxit, atque cum eam ab illo ipso inventam esse nemo credat, ne auctor quidem eius Paridem expositum esse in suo carmine videtur finxisse. Nec tamen is solus memoriam illam exhibuit: nam monumentis quoque aetatis serioris Paris non ut pastor inter pastores adultus, sed ut puer de regia domo ortus perspicue repraesentatur.[1] At dixerit fortasse quispiam eo, quod apud Colluthum Paris simplicis pastoris munere fungens et fistula canens et dearum aspectum horrens fingitur — quod regis filio minus certe convenit —, sententiam meam infringi. Cuius adversarii in memoriam revocetur ratio, quae inter poetae et pictoris operam intercedat: huic ea, quae uno temporis puncto geruntur, concipienti et depingenti in unum coartanda sunt; illi quidquid antea neglexit vel praetermisit, postea variis carminis procedentis locis magis aperire licet. Accedit autem, quod hellenistae in rebus ad vitam bucolicam pertinentibus exornandis haud dubie sibi placebant: itaque etsi pastoris muneris illustrandi studio nimis fere indulsit, auctor Colluthi Paridem Priami servum intelligi haudquaquam voluit.

Eidem vero traditioni nescio an duo alii poetae alexandrini se adstrinxerint. Euphorio enim, si Servio (ad. Aen. II 32) fidem habemus, haec rettulit: ‘Priamus ex Arisba filium vatem suscepit; qui cum dixisset quadam die nasci puerum, per quem Troia posset everti, pepererunt simul et Thymoetae uxor et Hecuba, quae Priami legitima erat. Sed Priamus Thymoetae filium uxoremque iussit occidi’ (fgm. 150. cf. Meineke ‘Anal. Alex.’ p. 152.). Inde igitur, cum rex Aesaco vati, qui puerum interfici iusserat, non obsequeretur — certe autem alterum infantium perdere satis habuit —, Paridem non expositum, sed

[1]) Cf. Wentzel p. 9 et adn. 5.

in domo regia retentum et educatum esse nescio an eluceat. Quod nisi qua probabilitate caret, idem praeter Euphorionem respicere videtur Lycophro, utpote cuius auctoritatem hic ut nonnusquam illum secutum esse Knaack iure coniecerit[1]), Alex. 224 sqq.:

μηδ' Αἰσακείων οὑμὸς ὤφελεν πατὴρ
χρησμῶν ἀπῶσαι νυκτίφοιτα δείματα,
μιᾷ δὲ κρύψαι τοὺς διπλοῦς ὑπὲρ πάτρας
μοίρᾳ τεφρώσας γυῖα Λημναίῳ πυρί·
οὐκ ἂν τοσῶνδε κῦμ' ἐπέκλυζεν κακῶν

(coll. v. 319 sqq. et schol. ad h. l.).

Noli autem putare hanc coniecturam eo confutari, quod Lycophro alio loco (v. 138) notam attingit memoriam, qua Paridem expositum ursa nutrivisse traditur (cf. Apollod. III 12, 5): eiusdem enim fabulae formas e variis fontibus petitas in poemate illius σκοτεινῷ contaminatas esse Geffcken docuit (in Hermae vol. XXVI p. 567 sqq.).

Sed ubi sit fons primarius, e quo nova illa fabulae forma fluxerit, quaerendum est. Qua in re proficiscendum est a coniecturis Roberti et Wentzelii, quorum neuter narrationis Colluthеae rationem habuit: atque ille Paridem exponi primum in tragoedia effictum esse putat ('Bild und Lied' p. 233 sqq.); hic idem ad Cyprium carmen reiciendum esse Welckerum ('cycl. ep.' II² p. 90 sq.) secutus censet (l. l. p. 34 sqq.). Diiudicemus igitur ipsi.

Ac primum quidem Euripides, quamquam eum in Alexandro de Paride exposito uberius disputasse viri dd. consentiunt, tamen in fabulis ante Alexandrum datis idem aut tractavit aut ut in vulgus notum paucissimis perstrinxit, velut Hec. 944. et Andr. 706., ubi Paris vocatur Idaeus, quod nomen eum propterea, quod expositus erat, accepisse ex Iph. A. 574. 1284 sqq. discimus (cf. etiam Hel. 29). Itaque ab Euripide versionem illam notiorem, cum eam in tragoediis vetustioribus breviter attingat, in posteriore demum fabula Alexandro pluribus explicaverit, inventam non esse ipsa ratio docet. Reducimur ergo ad fontem

[1]) Fleckeiseni Annal. vol. CXXXVII p. 146 sq. cf. etiam Kaibel in Hermae vol. XXII p. 506 sqq.

antiquiorem, dico Sophoclis Alexandrum, cuius tragoediae argumentum idem fere atque Euripideae fuit, fundamentum certe fabulam de Paride exposito narratam fuisse etiam Robert concedit. At si quis cum Roberto (l. l. p. 237) opinatur vel eam tragoediam tantopere celebratam esse, ut quae aliquanto post Euripides leviter tetigit, omnibus statim nota essent, vel omnino Sophoclem ipsum haec omnia primum excogitasse, ei causae sat graves obstant a Wentzelio p. 35 sq. prolatae. Ergo ad fabulam illam pervulgandam nec Sophocles neque Euripides multum valuerunt, sed auctor quidam, quem illi ipsi in universum secuti sunt.

Haec autem ratiocinatio everti videatur ei, qui Roberto assentitur unum locum Euripideum eidem de Paridis adulescentia narrationi superstructum esse, quam exhibuisse docuimus Lycophronem Euphorionem Colluthum. Sunt versus Andr. 293 sqq.:

εἴθε δ' ὑπὲρ κεφαλὰν ἔβαλεν κακὸν
ἁ τεκοῦσά νιν μόρον [1]),
πρὶν 'Ιδαῖον κατοικίσαι λέπας,
ὅτε νιν παρὰ θεσπεσίῳ δάφνᾳ
βόασε Κασάνδρα κτανεῖν.

Recte autem sensum explicat scholiasta: εἴθε ὑπὲρ κεφαλῆς Πάριδος ἔβαλε θάνατον· ἡ τεκοῦσα τὸν Πάριν, quod procul dubio de pueri caede intelligendum est et postea verbo κτανεῖν accuratius significatur. Verba autem 'Ιδαῖον κατοικίσαι λέπας de Paride exposito, non sua sponte in Ida habitante dici unusquisque Wentzelio libenter concedat (cf. etiam Iph. A. 1284 sqq.). Sed tamen verbo κατοικίσαι aptissime usurpato poeta simul indicat Paridem servatum esse, id quod ut verbo κτανεῖν oppositum Robert cogitatione tantum subaudiri vult. Brevissima enim dictione usus ac fortasse severius Euripides quam verius inter vocabula exponendi et necandi distinguit, quoniam hoc illo effici solebat, nec tamen sine ulla causa, cum Paridi id ipsum, quod expositus erat, saluti fuisse post eventum appareret.

Denique, ne minimum neglegatur, poetam, quippe qui cum ceteris locis supra citatis, quibus idem significat, tum, quod

[1]) Quod hic libris msc. traditur *Πάριν*, apertissima interpolatio est; cf. schol.

gravissimum est, in Andromacha ipsa (v. 706) semper de Paride exposito cogitet, uno illo loco a Roberto arrepto, cum praesertim causa nulla esset, de fabulae forma illa pervulgata consulto recessisse per se incredibile videtur. Quid vero, si voluisset proferre memoriam minus notam vel plane novam, nonne, ut perspiceretur, ea certe copiosius explicanda fuit?

Quae omnia si recte disseruimus, illam de Paride exposito fabulam, qualis e locis Euripideis eruitur et in Alexandro Sophoclis et Euripidis tractata fuit, illis temporibus notissimam fuisse patet nec iam dubitari licet, quin eius fons primarius fuerit carmen Cyprium. Inde vero, quod Proclus Paridem expositum aut postea receptum non memorat, fabulam Cypriis exhibitam non fuisse sane non efficitur, dum modo, qua via illius excerpta orta sint, reputemus.[1]) Immo potius, si Welckeri divinationi credimus, profecto est, cur fabulam illam Cypriorum poetae vindicemus. Argumentatur enim haec: 'Der Umstand, dass Aphrodite den Alexandros mahnt, ein Schiff auszurüsten, dient der Annahme, dass Proclus die Aufnahme des Hirten in das Königshaus übergangen haben müsse, auch ihrerseits zu einiger Bestätigung. Denn über die grossen und glücklichen Ereignisse, die er erlebt hatte, im reichen Königshaus, hätte Alexandros den Traum eines anderen Glückes vergessen können. Demnach war es nicht blos schicklich, sondern ein fast notwendiges Motiv in der Dichtung, dass Aphrodite von neuem eingriff' ('cycl. ep.' II², p. 92)[2]).

Colluthi autem in fonte eadem tradita non fuisse pari ratione etiam inde colligere nobis licet, quod Paris classem paravisse diserte dicitur suo ipsius impulsu: ἱμείρων ὑπ' ἔρωτι καὶ ἣν οὐκ εἶδε διώκων (v. 193). Nulla igitur re, cum eum, ut proficisceretur, a Venere admoneri opus non esset, eius animus a consilio itineris faciendi abductus esse fingitur. Eodemque lumine, quamvis res post dearum certamen actas secundum Cypria et Euripidem absolvat, felicissime etiam Ovidius utitur ep. XVI 93 sqq. eo nempe consilio, quo vehementiore Paridem Helenae amore inflammari faciat (cf. supra p. 72 sq.).

---

[1]) Cf. Welcker 'cycl. ep.' II² p. 497 sqq.

[2]) Simillime, ne nimius sit, etiam Euripides Paridem receptum tacet Hel. 29.

Duae igitur de Paridis adulescentia circumferebantur narrationes: altera exculta a Cypriorum poeta, altera ab Alexandrinis. Qui utrum recentiorem illam memoriam ipsi etiam invenerint, an e loco quodam abscondito primi in lucem protraxerint, quis dicat? Hoc tamen certum videtur eam ab universa historiae fabularis ratione minime abhorrere: nam nonnulli Troiani nobilissimi pecora pavisse traduntur, velut Anchises Ganymedes Democoon Aeneas alii [1]), quorum numero iam addas Paridem.

Ex eis, quae modo disputavimus, satis puto apertum fit Ovidium, quidquid praeter ea, quae adhuc tractavimus, de Paridis sorte proponit, non ex hellenistae auctoris, sed e Cypriorum potissimum narratione vel etiam e tragoediis, praecipue Euripideis, petivisse.

Initium autem faciamus ab *Hecubae somnio*, quod Paris Helenae refert v. 43 sqq.:

'matris adhuc utero partu remorante tenebar,
iam gravidus iusto pondere venter erat:
illa sibi ingentem visa est sub imagine somni
flammiferam pleno reddere ventre facem.
territa consurgit metuendaque noctis opacae
visa seni Priamo, vatibus ille refert.
arsurum Paridis vates canit Ilion igni',

et Helena respondens ep. XVII 237 sqq. his respicit:

'fax quoque me terret, quam se peperisse cruentam
ante diem partus est tua visa parens;
et vatum timeo monitus, quos igne Pelasgo
Ilion arsurum praemonuisse ferunt'.

Quid de eadem re Cypriorum auctor protulerit, quamquam apud neminem traditum legimus, tamen ex Euripidea, quam Ennius nobis servavit, memoria Wentzel peracute eruit (p. 38 sqq.). Eo enim, quod non vates, sed Apollinem a Priamo de somnio illo horrido aditum Troiae fatum praedicentem inducit (cf. inc. inc. fab. fgm. V R = fgm. ap. Cic. de div. I 21, 42), duas res inter se commiscuit poeta tragicus: nam si deus consulitur, somnio opus non est, et si hoc fit, ὀνειροκριτῶν interpretatio

[1]) Cf. Robert l. l. p. 234.

fficit; alterum afferre poeta potuit satis habere. Secundum imitivam autem huius fabulae formam, i. e. Cypriorum, Hebae somnium a vatibus, non ab Apolline explicitum esse condet, qui quam raro antiquissimi poetae epici, quam saepe ıgici talia oracula adhibeant, haud ignorat.

Itaque Ovidium Cypriorum auctoritatem hic sequi probabile . Ceterum de face quae ab eo dicitur flammifera et cruenta nferas Cassandrae verba apud Ennium (fgm. VI 48 R): 'adest, est fax obvoluta sanguine atque incendio', et Priamus senex cari videtur e memoria Homeri (cf. N 368. Φ 526. X 25 al.). —

Ob illud matris somnium *quomodo Paris in Ida expositus* ', Naso non narrat nec scimus, quid factum esse poeta sibi ıxerit. Quod cum desideraret, Scaliger, cui plerique viri dd. sensi sunt, post ep. XVI 50 unum vel plura disticha, quibus ud perhibitum esset, excidisse putavit. At primum versus sq., cum eo quo codicibus traduntur loco de Paride cognito lla verba fiant, sententiarum contextum prave interrumpentes st v. 90 transponendos esse Douza et Heinsio praeeuntibus ihi persuasi. Verbis autem pentametri 50, quibus Paris vatum sponsum magna cum sollertia ad amoris sui ardorem refert, te inter se nectuntur sententiae v. 45 sqq. et 53 sqq. optieque ad eos versus traducimur, quibus quam celeriter illa ıoris fax incensa sit, Paris Helenae aperit. Quod si rectum t, etsi poetam iusto fortasse celerius ad nova persequenda hic ınsisse concedimus, librario tamen culpam attribuendam esse fitiamur. Vide etiam quae Lennep ad v. 50 adnotavit.

Dum *in Idae montibus* versatur, quam fortem sese praeiterit, Paris narrat v. 359 sq.:

'paene puer caesis abducta armenta recepi
hostibus et causam nominis inde tuli'.

anc rem nos quidem primum apud Ennium, qui hic Euripidem curatissime imitatus esse videtur[1]) indicatam legimus (Alexand. m. V R); sed eandem iam in Cypriis narratam fuisse eo fit obabile, quod et actum fuit, ut supra docuimus, in eis de ıride exposito et ante Cypriorum poetam utrumque Paridis ımen Homero notum erat. Ad haec igitur, sive ad tragoe-

[1]) Cf. Ribbeck 'Trag. rom.' p. 85.

diam sive ad Cypria redeunt, quae Naso versibus illis tradit. Simul autem ex eis apparet, quam celebratum illud nominis Alexandri veriloquium fuerit: nam videmus Ovidium Paridis tantum nomine adhuc semper allato tamen hoc versu alterum eius nomen ante in epistula nusquam usurpatum ac ne hic quidem diserte nuncupatum tangere.[1])

Huic loco subiungi liceat duos alios, quibus Ovidius cum Euripide conspirat: vocatur enim Paris ab eo Idaeus ep. XVI 303 (cf. VIII 73. XIX 177. fast. VI 44): quod nomen eum inde, quia in Ida educatus est, suscepisse Euripides testatur Iph. A. 1290: Ἰδαῖος ἐλέγετ' ἐλέγετ' ἐν Φρυγῶν πόλει (cf. Andr. 706. Hec. 944. Hel. 29.). Altero autem loco, ubi Paris greges pascens ab Oenona Priami servus appellatur (ep. V 12), poetae obversatus videtur eiusdem Alexander, in quo, quis e certamine palmam reportaverit, nuntius Priamo dicit: δούλοισι γὰρ | τοῖς σοῖσι νικᾷς, τοῖς δ' ἐλευθέροισιν οὔ (fgm. 47 N²).

Nec non quae *de Paride in domum patriam recepto* narrat, Ovidium tragoediae debere suspicor, ep. XVI 89 sq.:

'interea, credo, versis ad prospera fatis
regius agnoscor per rata signa puer',

et v. 51 sq.:

'forma vigorque animi, quamvis de plebe videbar,
indicium tectae nobilitatis erat',

et v. 91 sq.:

'laeta domus nato per tempora longa recepto est,
addit et ad festos hunc quoque Troia diem'.

Namque eadem fere, nempe ex illis Sophoclis Euripidisque fabulis deprompta[2]), in brevi conspectu Hyginus ponit fab. 91: 'Paris cum ad puberem aetatem pervenisset, habuit taurum in deliciis; quo cum satellites missi a Priamo ut taurum aliquis

---

[1]) Difficilius perspicitur interpretatio, quam Ovidius Alexandrinos imitatus, proponit nominis Aconti ep. XXI 209 sq.:

'mirabar, quare tibi nomen Acontius esset:
quod faciat longe vulnus, acumen habes'.

cf. Dilthey p. 42. Addi licet ἔτυμα, quae perstringuntur praeterea ab Ovidio am. I 8, 2 (cf. Prop. IV 5. 1 sq.). III 9, 3. art. II 16. trist. IV 4, 56 sqq. et a Vergilio Aen. VIII 322 sq. et a Propertio IV 7, 75 sqq.

[2]) Cf. Welcker 'Trag.' p. 100 462. 472 et Ribbeck 'Trag.' p. 81.

luceret venissent, qui in athlo funebri, quod ei fiebat, po-:etur, coeperunt Paridis taurum abducere. Qui persecutus eos et inquisivit, quo eum ducerent. Illi indicant se eum Priamum adducere ⟨ei⟩, qui vicisset ludis funebribus Alex-lri. Ille amore incensus tauri sui descendit in certamen et ınia vicit, fratres quoque suos superavit. Indignans ›iphobus gladium ad eum strinxit; at ille in aram Iovis ›rcei insiluit. Quod cum Cassandra vaticinaretur eum fratrem ›e, Priamus agnovit regiaque recepit'. Omni autem e genere rtaminis superiorem se discessisse apud Ovidium quoque Paris ofitetur v. 361 sq.:

'paene puer iuvenes vario certamine vici,
in quibus Ilioneus Deiphobusque fuit';

que inter certantes Deiphobum fuisse et efficitur e fabula illa ygini et distinctis verbis traditur in eiusdem fab. 273, — fuit item Deiphobus Hectore excepto filiorum Priami fortissimus f. schol. Lyc. Alex. 168). Sed in eodem numero quid sibi elit Ilioneus, incertum est: neque enim ab Hygino memoratur eque eum de tribus illis, quos eodem nomine appellatos esse, roianis [1]) unum fuisse negari nequit. Nobilissimos autem viros Ovidio hic laudari et propter Deiphobi mentionem et per apparet. Dubito igitur, an veri speciem prae se ferat, quod oneum illum et ipsum Priami filium fuisse statuo, cum prae-rtim huius liberorum et numerum et nomina alii plane alia adant atque ipso nomine, quod Ilioneus, sicut Troilus Pria-des, a patria traxit, ea coniectura aliquo modo probatur.

Sed de ratis signis, per quae Paridem cognitum esse Naso cit, Hyginus tacet. Quae fuerint, satis puto elucet ex eis, ae Servius adnotavit ad Aen. V 370: 'Paris secundum Troica ronis fortissimus fuit adeo, ut Troiae agonali certamine peraret omnes, ipsum etiam Hectorem; qui cum iratus in n stringeret gladium, dixit se esse germanum ⟨eius⟩ et tis crepundiis probavit, qui habitu rustici adhuc latebat' etiam qui Servium exscripserunt, mythogr. Vat. II 197

[1]) Ilioneus nomen erat filio Phorbae (Hom. Ξ 489) et comiti cuidam eae (Verg. Aen. I 120) et Troiano cuidam, cuius mentionem facit Quintus rn. XIII 181. Praeter eos item appellatus est unus e Niobidis met. VI 261).

et III 11, 24). Nam crepundia, quippe quae Nero primus certe non proposuerit, illa signa fuisse paratissima est suspicio eademque ad Paridem cognoscendum multum valuisse etiam in fabula Euripidea[1]), in qua festum quoque illum diem Paride recepto ad festos Troianorum dies additum actum fuisse Welcker recte sensit (l. l. p. 476). Nec tamen quantum huius fabulae Euripides vel ante eum Sophocles e Cyprio carmine mutuatus sit, quantum ipse invenerit, ob reliquiarum exilitatem iudicari potest. —

Brevi ante iter ingrediendum Paridem a consilio removere volunt et *parentes* et *Cassandra* soror Ov. ep. XVI 119 sqq.:

'et pater et genitrix inhibent mea vota rogando
propositumque viae voce morantur iter;
et soror effusis ut erat Cassandra capillis,
cum vellent nostrae iam dare vela rates:
quo ruis? exclamat, referes incendia tecum;
quanta per has nescis flamma petatur aquas'.

Hac in re Ovidium Euripidis vestigiis institisse rationibus certis negari potest. Is enim non sine causa et arte eum rerum ordinem statuerat, ut Cassandram brevissimo postquam Paris agnitus et receptus est, vaticinantem induceret[2]). Primitivam contra fabulae formam, quam etiam ab Ovidio proditam legimus, Cypriorum poetam exhibuisse e Procli discimus verbis: ἔπειτα Ἀφροδίτης ὑποθεμένης ναυπηγεῖται· καὶ Ἕληνος περὶ τῶν μελλόντων αὐτοῖς προθεσπίζει. καὶ ἡ Ἀφροδίτη Αἰνείαν συμπλεῖν αὐτῷ κελεύει. καὶ Κασσάνδρα περὶ τῶν μελλόντων προδηλοῖ. Quae Welcker optime ita interpretatus est, ut Cassandram Troiae excidium praedicentem (cf. Ov. l. l. 123 sq.) poetam finxisse intelligeret.[3]) Imaginem vero Cassandrae, qualem Naso ante oculos ponit, nescio an similiter etiam auctor eius graecus

[1]) Cf. Welcker 'Trag.' p. 473 et Ribbeck, 'Trag.' p. 89. Aliter, sed minus recte iudicant Peters l. l. p. 68. 72. et Wentzel p. 33. — Rem turbavit Dracontius Rapt. Hel. 68 sqq.; cf. Ribbeck l. l. p. 91.

[2]) Cf. Welcker l. l. p. 465. 474 sq. et Ribbeck l. l. p. 89 sq.

[3]) 'Kassandra prophezeit über das Bevorstehende, vermutlich, da Helenos den Abreisenden wahrsagt, den Troern den Untergang der Stadt' (*'cycl. ep.' II² p. 91*).

ıxerit, si comparantur Colluthi, qui tamen Cassandram post ridis reditum introducit, versus 391 sq.:

πυκνὰ δὲ τίλλε κόμην, χρυσέην δ' ἔρριψε καλύπτρην
Κασσάνδρη θεόφοιτος[1]) ἀπ' ἀκροπόληος ἰδοῦσα,

mque Cassandrae furor aliis locis describitur, velut Quint. ıyrn. XII 534 sqq. Tryphiod. v. 374 sq. Tzetz. Hom. 409 sqq. enique vel inde, quod Ovidium in vate inducenda Cypriorum templo se adstrinxisse videmus, sequitur — id quod alia rame iam supra docuimus — quae de Hecubae somnio tradit, eodem fonte manavisse. Recte igitur Wentzel haec monet . 39): 'Kassandra prophezeit dem Paris, er werde eine Feuersunst mitbringen . . . Dieses Bild giebt die Erfüllung von kabes vorher erzähltem Fackel-Traume und der Deutung selben durch die Seher; es hat diese Momente zur Vorausung. Demnach gehören Traum und Prophezeiung lösbar zusammen: sie entstammen derselben Quelle'. —

Praeter ea, quae modo tractavimus, Ovidius Cypriorum ationem hac quoque in re videtur arripuisse, quod Paridis lenaeque μῖξιν Lacedaemone ante fugam fieri fingit. Id enim i in epistulis non potuit nisi leviter significare (cf. ep. XVI sqq. 297 sqq. 311 sqq.), planis verbis testatur art. II 359 sq.:

'dum Menelaus abest, Helene, ne sola iaceret,
hospitis est tepido nocte recepta sinu',

mque primus memoriae tradidit Cypriorum auctor (cf. Procl.), Homerus, quem plerique posteriorum imitati sunt.[2]) —

Postremo pauca dicenda sunt de duabus rebus, quas Ovi- quasi in transitu attingit. Ep. XVII 103 sqq. Helenae le *procorum*' mentionem facit et ep. XVI 329 geminarum *cippidum a Dioscuris abreptarum*. Illam de procis fabulam um, quantum scimus, in Catalogo Hesiodeo[3]), non in Cyprio ine exhibitam Alexandrinis quoque notissimam fuisse con-[4]) De Dioscurorum autem facinore non solum in Cypriis,

---

[1]) Sic cum Hermanno scribendum censeo (codd. νεόφυτον vel νεόφοιτον).
[2]) Γ 445 et schol. Lehrs 'popul. Aufs.' p. 16. Roscheri lex myth. p. 1939.
[3]) Fgm. 113 sq. K. cf. etiam Apollod. III 10, 8. Hyg. fab. 81.
[4]) Cf. Theocr. idyll. XVIII 16 sq. Euphor. fgm. 80 (Mein. 'Anal.' 5 sq.). Antimach. fgm. 5 K.

verum etiam a poetis posterioribus narrato quid Ovidius hic potissimum sibi effinxerit, quia rem paucissimis verbis tangit, ignoramus. Quapropter ne de fonte quidem, quem hic adierit, certi quidquam enucleari licet.[1] —

Iam esto finis. Satis autem ex eis, quae hucusque pertractavimus, elucet poetam romanum in Paridis Helenaeque epistulis componendis summa cum arte materiam contexuisse e variis fontibus petitam, cum e Cypriis et Euripide tum ex auctore quodam alexandrino. Simul vero e tota, quam absolvimus, quaestione prorsus efficitur versus ep. XVI 39—144, etsi omnibus in bonis antiquisque codicibus desunt — in optimo autem Parisino lacuna notatur —, eidem poetae tribuendos esse, qui ceteras eiusdem epistulae partes nec non Helenae epistulam composuit.

His perpensis postquam illarum epistularum fontes statuimus, aliud quid iam restat: neque enim, *quis fuerit Colluthi auctor hellenistes*, quaerere ineptum sit. Qua in re ab eo versu proficiscendum est, quo Colluthus dearum certamen in Phalacra factum esse indicat. In prooemio enim poematis montis nymphas invocatas Paridis iudicio adfuisse fingit v. 13 sq.:

αὐταὶ γὰρ ἐθηήσασθε μολοῦσαι
Ἰδαίης τρικάρηνον[2]) ὑπὸ πρηῶνα Φαλάκρης.

His autem verbis quod significatur, cum Phalacrae mentio rarissima sit[3]), aliquo modo cohaerere puto cum Lycophronis loco, ubi Paridis naves Φαλακραῖαι κόραι vocantur (Alex. 24). Quem ita explicans, ut eas in cacumine illo aedificatas esse

[1]) Hoc Cypriis deberi, si fabulae, cui epistulae Paridis Helenaeque superstructae sunt, omnes partes ex eis sumptae essent, rectissime coniceret Wentzel (p. 19 sq.), qui in carmine illo epico non solum de bubus Apharidarum abreptis, sed etiam de Leucippi filiabus abductis verba facta esse Welckero ('cycl. ep.' II² p. 97 adn. 11) iure respondet (Ἐπικλήσεις θεῶν, diss. Gotting. 1889 cap. V p. 18 sqq.). At Ovidius, cum permulta secundum Alexandrinorum memoriam persequi viderimus, fortasse hic quoque fabulae illius formam significat sane multo recentiorem, quam ipse copiosius prodit fast. V 699 sqq. (cf. art. I 679. Theocr. idyll. XXII 137 sqq. schol. Ven. Hom. Γ 243. schol. Pind. nem. X 112. Hyg. fab. 80. Myth. Vat. I 77. Roscheri lex. p. 1160 sq.).

[2]) Sic cum Abelio legendum censeo: cod. Mutin. exhibet ἰδαίη | σι κάρηνον.

[3]) Nicand. ther. 668. alexiph. 40. Lyc. Alex. 1170.

dicat, scholiasta vet. causam Phalacrae nominis quamvis brevissime attingit: Φαλακραῖαι ἀντὶ τοῦ Ἰδαῖαι· ὁ δὲ περὶ τὴν Φαλάκραν τόπος ψιλὸς καὶ ἄδενδρος· διὸ καὶ ταύτην ἔσχε τὴν προςηγορίαν.[1]) — ἄλλως· ὄρος Τροίας, ἐπειδήπερ ἐκεῖθεν ἐποίησεν ὁ Πάρις τὰς ναῦς καὶ ὡς φαλακρὸν ἐποίησε τὸν τόπον, eademque sunt verba paraphrasis vetustioris (P) e cod. Coislin. 345 editae: καὶ γὰρ ἡ Φαλάκρα ὄρος Τροίας, ἐξ οὗ κατασκευάσας ὁ Πάρις τὰς ναῦς ὡς φαλακρὸν ἐποίησε τὸν τόπον.[2]) Nec tamen ea est interpretatio, ut ab ipso scholiasta profecta, sed ut e fonte aliquo doctiore petita esse videatur. Ac quis fuerit auctor, suspicio ei parata est, cui scholiastae doctrinam praecipue e Theonis commentario in Alexandram composito fluxisse credibile videtur.[3])

Quod nisi improbabile est, delibero an non longius procedam suspicatus illam interpretationem primum proposuisse Callimachum in Aetiis, quippe quae eundem grammaticum commentatum esse constet.[4]) Sed eo facilius credo mihi astipulaberis, si id me non opinari, verum e certis vestigiis concludere videris. Illud enim Idae cacumen memoratum esse a poeta Cyrenensi scholiasta Ven. A ad Hom Θ 48 testatur: Γάργαρον· τὸ ἀκρωτήριον τῆς Ἴδης, ἤτοι ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν καὶ ἀναδιδόναι τὰ ὕδατα ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ ἐν τοῖς στόμασιν ἡμῶν γαργαρεῶνος τῆς λεγομένης σταφυλῆς· καὶ γὰρ τὸ σῶμα τοῦτο ἀπὸ παχέος εἰς λεπτὸν καὶ ὀξὺ λήγει. τρία[5]) δέ εἰσιν ἀκρωτήρια τῆς Ἴδης· Λεκτόν, Γάργαρον, Φαλάκρη· τούτου μνημονεύει Καλλίμαχος ἐν πρώτῳ Αἰτίων (fgm. 13c Schn. cf. etiam schol. Ξ 283).

Integrum apposui locum, quia Rohdio scholiasta videtur

---

1) Cf. etiam Steph. Byz. s. v. *Φαλάκραι*. Ceterum utraque schol. explicatio eodem fere spectat.

2) Paraphrasim e scholiis exscriptam esse Wentzel iudicavit (*Ἐπικλ. θεῶν* l. l. p. 5 sqq.) adversus Scheerium, qui eandem ad Theonis auctoritatem revocaverat (in Mus. Rhen. vol. XXXIV p. 459).

3) Cf. Scheer l. l. p. 273 sq. Kinkel praef. edit. Lyc. 1880 p. IV sq. E. Dittrich in Philol. vol. XLIX p. 740 sqq. Vide etiam quae Wentzel disseruit *Ἐπικλ.* cap. VII p. 28.

4) Cf. Giese 'de Theone grammatico eiusque reliquiis', diss. Monast. 1867 p. 49 sq.

5) Quattuor Idae enumerantur cacumina schol. Nicand. ther. 668. alex. 40.

causam nominis Gargari ex ipso Callimacho protulisse.[1]) At cum illud αἴτιον vel, ut verius dicam, αἴτια non tam Battiadae ingenio quam grammatici interpretantis lusui convenire existimem, ei assentiri nullo modo possum. Immo quandoquidem primi alteriusque cacuminis nominibus iam ab Homero exhibitis tertii quoque nominis ut minus noti mentionem addere scholiastae intererat, pronomine τούτου non tria illa cacumina, sed modo Phalacram respici concedas.[2]) Nescio igitur, an illud Callimachi fragmentum aliquo iure ad fabulam de Paride in Ida versante narratam referendum sit, sive, quod e Lycophronis interpretum adnotationibus apparet, locum, ubi Paridis classis exstructa est, sive iis cum Colluthi memoria collatis et illum et dearum certamen[3]) eo significari tibi persuades.

Notum autem Callimachum Collutho fuisse inde sequitur, quod praeter nonnulla vocabula, quae nisi apud illum non inveniuntur, similitudines quasdam inter hunc et Cyrenensem intercedere in dissertatione animadvertimus. Accedit vero maxime, quod fabulae formam, qualis Colluthi poemate proponitur, nonnullis ex partibus ita mutatam vel novatam legimus[4]), ut, quia posterioribus pervulgata et legitima extitit, ad exemplar revocemur poetae sane illustris, cuius auctoritas omnibus fere gravissima erat.

Itaque Colluthum fabulam illam e Callimachi Aetiis mutuatum esse incredibile non videatur. Comparatis

---

[1]) 'Gr. Roman' p. 85 adn. 1: 'Es scheint, dass der im Schol. Il. Θ 48 mitgeteilte Grund für den Namen des Vgb. Γάργαρον eben das αἴτιον des Kallimachus sei; in den Schlussworten τούτου μνημονεύει K. ἐν πρώτῳ αἰτίων (αἰτίαν übrigens der Ven. A) müsste dann τούτου, als Neutrum, sich auf den ganzen vorhergehenden Bericht beziehen'.

[2]) Ceterum propter id ipsum veri dissimile non videatur recte sese habere scholii illius exeuntis lectionem Καλλ. ἐν πρώτῳ αἰτίαν, quam e cod. Ven. A Rohde l. l. edidit, non adnotavit Dindorf. Laudatur autem simillime Aetiorum nomine omisso plus semel Καλλ. ἐν τρίτῳ, ἐν τετάρτῳ al. (cf. fgm. 29. 30. 31. 33. 32. 23 Schn.).

[3]) De hoc tantum cogitat Schneider, qui tamen e Colluthi poemate fructum non cepit (Callimachea II p. 74).

[4]) Velut dearum nuditatem vel Discordiae malum, cuius mentionem a vetustissimae poesis epicae memoria longe aberrare omnes consentiunt: cf. Preller 'myth. gr.' II³ p. 411 adn. 1. Roscheri lex. p. 1338. Wagner 'cur. myth.' p. 172 sq.

autem Cydippae et Herus fabulis mireris, quod cuncta narratione de Paride Helenaque prodita αἴτιον exprimitur nullum. At num ea potissimum re poeta impediri potuit, quominus fabulam illam notissimam gratissimamque, qua artem suam optime potuit ostendere, a corona Aetiorum removeret? Nonne hic illic ei licuit quasdam explicare causas, quas ut commodas segregatu Colluthus imitator silentio praeteriit, velut eam, quam investigavisse non sine aliqua causa mihi videor?

